MELODIA SVBTILIS SIVE COMPENDIVM THEOLOGICVM

AD MENTEM SCOTI
stylo rhytmico elaboratum

A FR. TIBVRTIO NAVAR
Condomiensi Recollecto
S. Theol. Lectore

PROVINCIÆ IMMAC. CONCEPTIONIS
B. Virginis in Aquitania alumno.

Adjunctâ ad calcem praxi credita Doctrina eodem stilo, ab eod. Auctore composita.

LVGDVNI,
Apud SPIRITVM VITALIS,
Viâ Mercatoriâ.

M. DC. LXXXIV.
Cum Privilegio Regis.

BEATO

PASCHALI

BAYLON

ORD. MINORVM

Confeſſori piiſſimo & potentiſſimo cliens indignus ſe, opuſque ſuum Auctor ſupplex commendat.

MELODIAM *hanc, vndè artificem reſpicit planè terrenam, Tibi cæleſtibus canticis exultanti quòd offeram, Beatiſſime Confeſſor, mea intereſt, non tua. Neque enim bonis meis indiges, qui divinis abundas. Neque*

obtuso cytharæ meæ sono delectaberis qui in sanctâ Syone immortalium cytharædorum cytharizantium in cytharis suis choro aggregaris. At ego, qui vacuus sum, qui super flumina Babilonis adhuc sedeo, ad te oculos levo, ut veniat mihi auxilium à Domino: ut & sic ab hujus melodiæ sono, ad supernos cantus exurgam; ac taliter actus meos ordine, numero, & mensura componam, quòd gratum cordis, oris & operis concentum Iesu Christo faciam. Nec dubito quin per te id assequar: cùm & potens sis sermone orationis apud Deum ut impetres: potens & opere apud homines, ut ad tui imitationem inducas: efficaciam intercessionis probasti multis: Vi-

vit exemplorum fragrantia in toto Seraphicæ Religionis corpore, cujus membrum fuisti. At singulariter alma illa in spiritu mater tua S. Ioannis Baptistæ Min. Discalceatorum provincia, non contenta in suorum quòd te filiorum exprimat factis fratrem meritis primogenitum, nulli curæ parcit, qua tuum honorem promoveat, & odorem diffundat: Nec deest illi ad terminum desideriorum, quàm quòd ultimam Apotheosis tuæ vocem emittat Verbi humanati Vicarius: ut qui iam probatus es, nihil minùs habens à sanctis, eorum titulo decoreris; Vt sic cum altero Provinciæ tuæ Patre Petro de Alcantara filius pari nomine cohonestatus geminum cum eo facias è dis-

calceatâ ſtirpe ramum ſanctitatis. At ſi tu, mi Beatiſſime protector, iis inſtructus es, quæ ſanctos decent, de tua fœlicitate jam ſecurus, eſto de noſtrâ ſollicitus: Fac precibus tuis, ut adiiciamus, quæ ad ſanctitatem deſunt: Fac ut operis theologici finis, qui dilectio eſt, per pravum operantis finem non evacuetur. Fac, ut ex praxi, quam iuxta cor, & exempla tua huic melodiæ ſubjunxi, affectum pietatis concipiant Auctor, & Lector. Fac denique ut ſtudio litterarum ſpiritum devotionis non extinguamus; ſed & nobis ea ſemper propè ſit cogitatio, quòd dùm Tu, qui litteraturam non cognovisti, dignus inventus es, qui in potentias Domini introires: heu

fortè non paucis vel tenui ſcientiâ inflatis per arctam cœli portam aditus obcludetur. Abſit, ut tu aliique tam multi humiles pauperis Patriarchæ filii, qui ſcientiam ſanctorum, & intellectum prudentiæ in ſimplicitatis ſcholâ comparaſtis, inſurgatis in iudicio contra nos, ſi pede ſuperbiæ motis tenebræ & lubricum viæ noſtræ fiant: ſed avertet hoc à nobis Deus, ſi oraveris, ut fiamus parvuli ſimiles tui omnes, præſertim Minores.

SCOTI BIS SVBTILIS

ELOGIVM.

IOANNES DVNS SCOTVS Doctor, & factor legis: quis crederet? Subtilius fecit, quàm docuit.

Scientiâ Subtilis conscientiâ subtilior.

Quòd Subtilis dicatur, debet doctrinæ, quòd doctrinam habeat, debet pietati.

Priùs perspicax corde, quàm mente:

Scientiam vult magnam, sed subtilem, ne inflet, & relinquat minorem.

Adest quærenti pietas consiliatrix: Pulsat eâ duce, ad portam Orientalem; petit, & obtinet, ut Luna mystica Maria nocti suæ præsit.

Inde remansit adeò lucidus Scotus, ut vel Aquilæ palpitent acie coram ipso.

Vbi loquitur, & ludit ille, silent alii & sudant;

Nec sufficiunt anni, ut solvant nodos, quos ille in momento constringit

At nec minor desiit esse factus major, qui subtiliùs vixit, quàm dixit.

Altiora penetrabat, nec altum ſapiebat; quo nemo ſubtiliùs concepit, nemo modeſtiùs concepta expreſſit.

Neminem linguâ offendit, qui omnium dicta expendit.

Sed & dum ſic docet, audi quid adhuc ſubtiliore faciat pietate.

Doctoratus faſtigium nudis pedibus calcat, ne exaltetur cor ejus.

Subtilitatis lucernam ſub rudi lacernâ operit, ne à vento extinguatur.

Trophæis academicis onuſtus ipſam in ſe vincit victoriam armis humilitatis.

Omnia in diſputationem traxit, præter ſuperiorum præcepta, in quibus nihil difficile ſubtilitati occurrit.

Perſuaſus à ſuis, ut ab agro Lutetiam intraret, unde mittebatur Coloniam: vicit unius ſubtilitate reſponſi plura volumina.

Plus dixit uno verbo gloſſam à mandato prælati reiiciens, quam amplos commentarios Magiſtri ſententiis adiiciens.

Nec unquam ſubtiliùs docuit, quàm cum ſine ratiocinatione paruit.

Pariſios inſalutatos ne deſerat, multos ei nexus obiiciunt, quos ille uno obedientiæ gladio reſcindit.

Nec ad pretiosos animi partus in chartis relictos pedem convertit: ut & doctrinam dicat non suam filius altissimæ paupertatis.
Scriptis ergò subtilibus exoneratus, viam mandatorum velociùs currit;
Opera tamen illius sequuntur illum, nec onerant, quia subtiliora.
Neque poterant non sequi, mox in Domino moriturum.
Et quidem brevem ejus incolatum coloniæ subtilitas fecit, quæ flammæ instar defficiente alimento defecit.
Scoti vitam alebat causa Mariæ, quo cibo consumpto, desiit vivere.
Immaculatæ Conceptionis punctum dum moveretur, motus ei causa fuit.
Quod, ut immotum reddidit, quiescere debuit.
Quàm recta vitæ linea, quæ tanto terminata est puncto!
Quàm pretiosus & terminus, quem interminabilis quietis pignus conclusit!
Puerum è sinu Matris, pro qua pugnaverat, Iesum, ut triumphet, in ulnas accipit, senex virtutibus, & dimittitur in pace.

Neque tamen ſine bello pacifica mors ei fuit, quià ſubtilis.

Privilegium Ioannis eſt aut mortem ejus neſciri, aut genus mortis.

Exiit ſermo inter fratres non mori illum qui accepit Mariam in ſua ex Chriſti viſâ paſſione doloroſam.

Dubitatur, quomodo interierit, qui ſuſcepit Mariam dicere ex Chriſti prævisâ morte gratioſam.

Sed indè mors Scoti pretioſior, undè ſubtilior.

Hinc & major ſubtilitas mortis quam ſcientiæ: Quòd utraque vitæ cum ſit filia, illa hæres eſt & merces matris.

Habes itaque Scotum hîc bis ſubtilem dictis & factis, vitâ & morte.

Qui credis ſcholæ titulis, crede tumuli litteris.

Ac tu, qui ſubtilis doctrinæ diſcipulus es, ſtude pietati ſubtili, qua diſcas per arctam cœli viam ire, & per anguſtam portam tranſire.

PRÆMONITIO LEGENDA.

NON est ſub Sole novus rhytmi ſacri uſus, Lector benevole, nec quiſquam valet dicere, quòd recens eſt: jam enim præceſſit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos apud Angelicum præſertim, & Seraphicum Doctores. Eos itaque & alios ſecutus, qui in peritia ſua requiſierunt modos muſicos, & narraverunt carmina Scripturarum, Theologicam hanc elucubrationem, ex rhytmicæ ſuavitatis formâ Melodiam, ex Scoticæ Doctrinæ materiâ ſubtilem, evulgo 4. partibus, 12. tractatibus, & 366. præcipuis aſſertionibus ad inſtar anni ſolaris ſuo Apolline Scoto lucentibus abſolutam. In iis proponendis non unus ordo mihi eſt, cùm interdum probationibus aſſertionem præponam, interdùm poſtponam. Alicubi plura, alibi pauca juxta materiæ exigentiam dico. Nullibi vſitatos ſcholæ terminos omitto: nec tamen à metaphoris, quas & Scriptura

recipit, abstineo, at duras nimis effugio. Vbique studeo suavitati, sed absque gravitatis materiæ detrimento. Quòd si non videar tibi alicubi assecutus, stilo indulge, ut & Petav. Theol. Dogmat. tom. 2. lib. 8. cap. 9. poëticæ modulationi vult indulgendum. Et hîc memorare, quòd ubi assertionem meam propono, strictè loquor & propriè: in decursu verò nonnunquam minùs strictè & metaphoricè. Sic v. gr. tract. 3. concl. 2. & tract. 4. conclus. 17. affirmo propriè dictam in homine imaginem, in reliquis visibilibus vestigiũ Dei. At verò tract. 2. concl. 8. de ideis agens, dum aio: *Quâ dives opus notamus factoris imagine*, ex ipso præcedentium contextu liquet non eam propriè dictam esse in cunctis Dei operibus imaginem, sed talem, qualem impropriam agnoverunt D. T. 1. part. quæst. 93. art. 2. in solut. ad primum, D. Bonav. compend. Theolog. verit. c. 6. Claudius Frassen. Scot. Academ. tom. 1. tract. 3. disp. 1. q. 3. concl. 2. Quin & in his est verbis meis Synecdoche partem pro toto, hominem scilicet, pro cunctis adducens. Moneo autem, ne inconsultos margines prætereas, ut rhytmos eo sono & sensu, quo de-

cæt, legas : ut vocalium elisiones, etsi in tanto versuum numero satis raræ sint, suaviter facias ; ut conjunctionem & correspondentiam dictionum attendas, ne generis & cadentiæ similitudine deceptus, adjectivum à proprio substantivo subducens cum alieno connectas. Volo etiam, ne in quolibet ternario hæreas, sed punctum quæras, ut quiescas. Quæ præmitto & subjicio elogia, & Theologicã praxim, tibi mihique exempla fidei per charitatem operantis esse cupio. Ac denique totum hoc opus ad Catholicam mentem reducendum protestor : & eâ, quâ par est, obedientiâ, eorum ad quos spectat censuræ, ac S. R. E. correctioni subiicio.

Examen & approbatio.

EGo Ioannes Villemot Sacr. Theologiæ Doctor Ecclesiæ Parochialis suburbii de Guillotiera nuncupati prope Lugdunum Rector : nec non curiæ Ordinariæ , Archiepiscopalis, & primatialis promotor vidi librum inscriptum : Melodia subtilis sive compendium Theologicum stilo rhytmico ad mentem Scoti elaboratum, in quo nihil reperi fidei aut bonis moribus contrarium. Datum Lugduni ad prædictum suburbium de Guillotiera die 23. Maii anni 1683.

VILLEMOT.

Licentia Reverendissimi Patris Ministri Generalis Totius Ordinis Fratrum Minorum.

FR. Petrus Marinus Sormanus Mediolanensis Exguardianus Hierosolymitanus, ac totius Ordinis Seraphici Patris nostri S. Francisci Minister Generalis & servus &c. Dilecto nobis in Christo Patri Fr. Tiburtio Navar. Provinciæ nostræ Immac. Conceptionis Recollectorum in Aquitania Sacerdoti Sacræ Theologiæ Lectori & concionatori salutem in Domino sempiternam.

Cùm opus à te compositum, cui titulus est, melodia subtilis sive compendium Theologiæ rhytmicum ad mentem Scoti aliàs de mandato prædecessoris nostri examinatum & approbatum, nunc typis mandare desideres. Nos tenore præsentium facultatem tibi concedimus, ut illud præviis adhuc examine & approbatione duorum ordi-

nis noſtri theologorum in lucem edere poſſis & valeas ſervatis Sacri Concilii Tridentini ſancionibus, aliiſque de iure ſervandis. Item permittimus tibi, ut poſtquam à dictis duobus theologis reviſæ & examinatæ fuerint, pias aliquas in regulam noſtram Seraphicam meditationes à te elaboratas imprimi facias. Datum Romæ in conventu noſtro B. Mariæ de Araceli die ſeptima Aprilis. 1683.

FR. PETRVS MARINVS,
Min. Generalis.

Loco † Sigilli.

De mandato ſuæ Reverend. Paternitatis FR. SEBASTIANVS DE ANNOYO Secretarius generalis Ordinis.

APPROBATIO
lectorum Ordinis.

NOs infrà Scripti Sacr. Theol. lectores Provinciæ Fr. Min. Recollectorum Immac. Conceptionis Deiparæ Virginis in Aquitania alumni de mandato Reverendi admodum P. N. Provincialis diligenter perlegimus librum, cui titulus est, Melodia Subtilis sive compendium Theologicum ad mentem Scoti à Fr. Tiburtio Navar. &c. stilo rhytmico elaboratum: testamurque sanam doctrinam aliàs cum applausu ab auctore discipulis traditam in eo contineri, graviores theologiæ difficultate pari eruditione & clara cum brevitate conjunctâ resolutione explicari: quibus addita prædicti stili rhytmici iucunditas non mediocriter animos recreare valeat, absque ullo aliquid à fide aut bonis moribus devium offendendi periculo; ideoque multiplici ratione dignum prælo opus iudicavimus incu-

ius fidem ſubſcripſimus in conventu noſtro B. Mariæ de Gratia Burdigalæ die 26. Novembris 1683.

FR. GERMANVS DEYR, Lector Sacr. Theol.

FR. HILARION BONNEFIN, Sacr. Theol. Lector.

Licentia Adm. R. P. Provincialis.

NOs F. Robertus Seguin S. Theol. lector ac Provinciæ Pater nec non Provinciæ Recollectorum Immac. Conceptionis Deip. Virg. Mariæ in Aquitania secundò minister Provincialis: visis approbationibus RR. Patrum Theol. lectorum quibus à nobis commissum est examen libri cui titulus est, melodia subtilis sive compendium Theologicum ad mentem Scoti stilo rhytmico elaboratum à F. Tiburtio Navar. Provinciæ Immac. Conceptionis Recollect. &c. præfato patri facultatem nostram concedimus quatenus dictus liber servatis adhuc servandis in lucem prodeat ac typis mandetur. Datum in convenru nostro Burgi 25. Februarii anno Domini 1684. sub nostro chirographo, & officii nostri majori sigillo.

FR. ROBERTVS SEGVIN,
Min. Provincialis.
Loco ✝ Sigilli.

SVMMA PRIVILEGII.

LVDOVICI XIV. Franciæ & Navarræ Regis Chriſtianiſſimi litteris Patentibus datis Pariſiis die 10. Februarii 1684. & Signatis le Petit permittitur PR. TIBVRTIO NAVAR, Recollecto Provinciæ Aquitaniæ, ut per quem ei libuerit Typographum imprimi faciat librum, cui titulus eſt, *Melodia ſubtilis, ſive Compendium Theologicum ad mentem Scoti ſtylo rhytmico ab eo elaboratum*, prohibeturque, ne illum intra regnorum & ditionum Gallicarum fines, alius præter Typographum à prædicto patre eligendum imprimere audeat per ſexennium ſub pœnis in originali præſentis diplomatis latiùs expreſſis.

Regiſtratum in libro Communitatis Bibliopolarum & Tipographorum Pariſienſium die 22. Februarij 1684. Signatum.

ANGOT Syndic.

Prædictus verò Pater Præfati Privilegij jus totum cedendo tranſmiſit ad Spiritum Vitalis Bibliopolam Lugdunenſem.

Exemplaria ſubminiſtrata fuerunt.

SERIES TRACTATVVM.

PARS PRIMA.

PARS II.

PARS III.

PARS IV.

ELOGIVM ORDINIS MINORVM,

E MVLTIS EIVS EXCELLENTIIS

Præsertim verò è quinque montibus

ALVERNO, SYONE, Tarpejo, Ianiculo, & Celio, Ab eo inhabitatis deductum.

HVMILITATIS structuram, situs in centri & Petræ profundo decet. In fundo ejus, cui Altissimus obumbravit Vallem dedit Vmbria Minoriticæ, parvis initiis, & sumptu paupere, Ad montes lucidos provehendæ.

Ordinis Minorũ initia humilia in æde S. Mariæ Angelorum.

Hinc orta est magnitudo Minoribus admiranda: Deo, qui exaltat humiles, incrementum largiente.

Sederunt in Petri solio Patres ex *Progres-*

fus, exaltatio. Dignitates Ecclesiæ habitæ. Sæculares renunciatæ. Scriptores. Doctores præcipui.

Filiis Francisci. Inter purpuratos Magnates coruscarunt Minores. Ex hoc Grege prodierunt animarum Pastores Mitra conspicui, pallio insignes.

Ibi deposito diademate coronati sunt Reges: Ibi cæsarie detonsa cucullo operti Cæsares. Ibi divitum filii facti sunt inopum Fratres.

Scriptores Ordinis Minorum quis describeret? Doctores quis sciret, aut disceret? Inter optimos unum agnoscit Ecclesia Seraphicum. Inter profundos unum miratur Schola Subtilem. Nodos indissolubiles solvit, & stringit Alexander. Voces emittit Principe Nominalium dignas Ochamus: Et ad omnem scripturæ litteram sonat Nicolai Lira.

Septem sancti Confessores.

In septemviratu illo sanctorum Spiritus sancti dona, & virtutum bona quis sileat? Lapidem ignitum Franciscum ardere Charitas præstitit, Lucere fecit Sapientia. Quòd sit Taumaturgus debet Fidei, quòd Arca sit Testamenti, refert Intellectui Antonius. Segregavit à terrenis Liliatum Pontificem Ludovicum optimo Consilio Spes cœlestium. Illuxit Ecclesiæ Scientia Bonaventuræ, Ordinem duxit, rexit, & rigavit Iustitia. Firmavit in laboribus Bernardinum Fortitudo. Pietas extasim Petro, Temperantia pœnitentiam dedit. Columbæ æquavit Didacum Timor, serpenti Pr. [illegible]

Quin & Francisci paupertas enecat avaritiam. Antonii bona æmulatio confodit invidiam. Virgini Ludovico quæ luxuriæ umbra resistet? Bonaventuræ suavitas quam iram non franget? Quæ non corruet acidia coram sedulo Bernardino? Ante rigidam Petri abstinentiam tabescit gula. Nec stare potest coram humili Didaco pes superbiæ.

Duo proximè sanctis adscribendi.

At ut sit Angelicis Choris par numerus, adsunt vexillo sanctitatis proximè donandi, Turcarum Prostrator Capistranus, & Agni immaculati cultor Paschalis.

Sancti & Beati Martyres.

Victorum optimum genus Martyres. E Marrochio quinque, è Cepta septem exeunt sancti. Ab insulis Iaponii viginti tres ad terram vitæ appulere. Gorcomienses undecim è pœnis Beatitudo suscepit. Nec est ulla regio quam non rigaverit sanguis Minorum. Ab his lavacro salutis dealbati fuere Æthiopes: Christiana mansuetudine delibuti Barbari. Ab iis fidem est edocta indocilis & infidelis Tartaria. Primùm ditata Evangelio dives auro America.

Confessores Beati.

Quos populi vox Beatos Confessores dixerit, fœlix copia dum cogit tacere: ex iis quos Papali oraculo fulti novimus, splendet in Europæo cœlo præsertim Iacobus Picenus; in Peruano solus adhuc Franciscus solanus.

Secundi Ordin. sanctæ, & Beatæ. Sunt & inter pauperes Dominas divites Christi servæ, Resplendet ubique factis illustribus nomen Claræ. Agnoscuntur Agnetes quæ amarunt nesciri. Colitur à mundo magna, quem parva sprevit Coleta. Salutem firmat sibi in Regiæ fluctibus Solomæa. Et morte non dejecta Catharina sedet Bononiæ.

Octo tertii Ordin. sancti & sanctæ. Sed & qui ex omni conditione Innocentiam, Pœnitentiâ vel condiverunt primam, vel condiderunt secundam ex tertio Ordine sexus utriusque sancti & sanctæ fructus Octenæ Beatitudinis suaves percipiunt.

In Regni terreni opulentia pauper spiritu Ludovicus abiit in regionem longinquam, ut quæreret, & suum faceret Regnum cœlorum. Virginalem in conjugio tenuit pudicitiam Elzearius Comes, & mundo corde inter sanctos nunc Deum videt, Misericors epidemiæ medicus Rochus peregrinus In Patria misericordiam est consecutus. In causis pauperum justitiam esurivit, & sitivit Yvo, & ipse jam à Deo divite saturatur. In eremi cella luxit Conradus, nunc consolatur in cœlo. Pacifica Regina Elizabeth, Filia Dei vocatur. Nescia spinarum Rosa terram possidet, quam optavit; *Beati & Beatæ.* Injustè vexata Turingiæ Domina Elizabet, quieta nunc gaudet in Regno cœlorum. Nec suo caret titulo inops

Cortonæ Margarita: ut sit Coronæ cœlestis Gemma pretiosa, Beatis cum aliis innumeris collocanda.

Huic Franciscanæ structuræ subli-mitati adjiciuntur quinque Montes excelsi, quibus cœlo vim faciant, non injuriam inferant pii Gigantes Minores.

Quinque montes à Min. habitati.

E Valle Vmbriæ ad Montem Etruriæ ut primus ascensus Patris fuit, sic & prima est humilium exaltatio Filiorum; Illius celsitudinem culminis inter Appennini juga penè summam dum oculo detegis, ut metiaris, attende in eo gesta non tam manu naturæ, quam Gratiæ. Quas audisti in passione Domini scissas petras, ibi cernuntur: & Calvarium si quæras alterum, ibi invenies amoris arte fabricatum. Interroga ejus concava, Crucis mysteria recensent. Quæ putas audire tonitrua, sunt versa in Francisci suspiria. Vbi terrenæ insidebant caligines, jam luces discurrunt cœlestes: & qui à longè cernebatur nive horridus, jam vicinis cernentibus vertex igne inflammatur. Sed ô quam mira Dei opera! Ibi transformatum est cor Francisci in cor Christi: & ornatum est corpus servi signis vulnerum Domini. Altior est Sina Alvernus, quia dignior Moyse Christus; qui non timoris mandata, sed amoris stigmata, non in tabulis lapi-

Mons Alverna.

deis, sed in membris carneis digito suo descripsit. Quæ audierat in Sina, retulit Moyses, quæ in Alverna Franciscus, tacuit, quia non licebat ea homini etiam novo, & Deo simili loqui. In monte Oreb rubus ardebat incombustus: in monte Alverno incendiis par vixit biennio Franciscus. At etsi ex illo monte descenderit factus humilior Pater: exaltati non discesserunt Filii: Servant ab Alexandro quarto commendatum locum in quo luctatus est cum Angelo testamenti Iacob mysticus: & speluncam in qua divinos audiit sermones novus Elias: ut non sit honorabilior index, quam qui indicat servum hîc à Domino signis Redemptionis nostræ signatum.

Quam pretiosus hujus montis incolatus.

Excelsum quoque sancti Montis Syon fastigium incolunt cervi veloces terreno pondere exonerati. Vbi constitutus à Patre fuit Rex Christus prædicans præceptum ejus, faciunt, & docent Minores omnia, ut & ipsi sint in regno cœlorum majores. Inde ut è specula invigilant Custodiæ terræ Sanctæ. Ibi publicè annunciant Christum, etiam sine vocibus, quem exprimunt factis. Quin nec omnino linguæ tacent, Iudæis enim & Græcis Evangelium testificantur. Quæ de Syon exivit lex, ibi adhuc manet.

Mons Syon & Custodia terræ Sanctæ.

Adhuc canitur tuba in Syon ad aures gentium, & lex Gratiæ viget inter Barbaros. Adhuc Ierosolymis vivitur Apostolico more; Quod in præteritis sæculis ibi fuit, adhuc agitur. Majora præcepta justitiæ adhuc ibi servantur à discipulis, ubi ea tulit perfectionis Magister. Non agnoscitur ibi ovis peregrina de Grege Christiano, nisi Pastori Minorum sit nota: quoniam, & qui terram sanctam custodit, & suos Guardianus Agnos, cunctis præficitur in partibus Orientis Apostolicus Commissarius.

Quanti honoris hic locus. Et quanta dignitas Guardiani, ac custodis.

Debetur, & triplex collis Romanus Francisco pio sanctæ Trinitatis cultori: Vt qui olim in novissimo loco ad Tyberis ripam cum pauperibus secesserat, ascenderet superius, & cum principibus sederet elevatus.

Tres montes Romæ.

Ad Capitolii culmina extulere sua primò Romæ capita nudipedes Franciscani. Ibi degunt angusti rebus, ubi regnarun Augusti. Ibi serviunt Deo, ubi Imperarunt Cæsares homini, Ibi per manus Minorum Senatus Populusque Romanus Regi Domino solvunt tributa; ubi de Regibus subditis accipiebant vectigalia. Deputatum olim prophanis triumphis Capitolium, nunc servit sacris: ut triumphent nobiliore pompa novi Heroes, quam prisci Duces. Agnoscitur hodie per Franciscum Capitolii nomen, ubi

Mons Tarpeius seu Capitolinus; Et de Conventu S. Mariæ de Ara-cœli.

olim non fuerat per Cæsares auditum. Subiecit Calvario Christus Tarpeium, & Cruce fastum Romanum: at qui fuerat particeps doloris Franciscus, debuit esse & consolationis; ut qui vulnerum stigmata receperat in Alverno, honorum insignia sumeret, ac Triumpharet in Capitolio: Et fieret simplicitas Francisci de subacta Romana per Crucem sapientia æternum Trophæum Fortunati milites, qui Domini exercituum domum Triumphalem custodiunt! Fideles & servi, qui in aula Reginæ cœlorum, etiam in terris cœlesti, excubitores ponuntur, & Custodes! Beati Sacerdotes, qui sacrificant in Ara cœli! Prædilecta Religio, quæ ibi verum colit Numen, ubi superstitio se devoverat falso Iovi!

Quam gloriosa hæc habitatio.

Neque adhuc & ipse Tarpejus, etsi altus & magnus, magnitudinis Minorum est limes.

Ianiculus, seu Mons Aureus. Vbi Cōventus S. Petri in monte Aureo. Quanta dignitas

Quem olim colvere Ianiculum inopes Fabritii, nunc tenet fabrica pauperum incolarum. Et quidem ex quo in montem Aureum evasit, reponi tutiùs non potuit, quam in manibus eorum, qui post aurum non eunt. Nisi fortè, quod hunc Apostoli sui Aureum montem pro tribus monetis aureis oppignoraverit in Alverna Christus Francisco pro Filiis ejus, ut & sic viverent Crucis sectatores, ubi Pe-

...rus secutus est Crucifixum. Quasi in- *hujus* timaret Apostolus Vrbi Romanæ, & *loci.* Orbi: Ibi manent imagines vitæ meæ, & in confessione mea perstant, credentes quod docui, facientes quod egi. Fidem quam ego Romanis attuli, inde illi ad Arabes ferunt; & cùm ego dispersis ovibus scripserim: Illic coëunt, ut Lupis dispersi loquantur, & faciant ex feris Lupis mites Agnos. Et quoniam magnum est, quod moliuntur, hauriunt de loco Martyrii mei virtutem, & ad mei præsentiam sanguinis fiunt fortiores.

At nullo quidem monte sublimiores sunt, nec magis appropinquant cœlo, quam Celio: constituti in eo Apostolici Pœnitentiarii Minores.

Mons Celius.

Magnum est esse, quod sunt & alii, Virgatos Reorum Pœnitentium judices. Id solvere, jubente Christi Vicario, quod ipsemet ligat; & cœlum aperire clavibus à Petri Successore in ejus vices acceptis: Atque in omnes ferè omnia posse confitentes reos. Magnum est etiam in familiam Patris Patrum titulo honoris speciali coaptari. Inter Domesticos Aulæ Papalis locum non angustum Capellanorum & commensalium tenere. Pabulo divini Verbi cum Ecclesiæ Proceribus vesci. Magnum est quoque, in ea cui assistunt, Basilicâ sacra operanti solemnia summo Præsuli facer-

Basilica Sancti Ioannis in laterano. Vbi Collegium Pœnitẽtiariorum.

dotalem indutos habitum splendentes assistere. Sacramentum triumphali ritu procedens, & prodiens Ita præeundo comitari, ut advertant homines, quòd sicut ad Eucharistiam intrantibus præmittenda est Pœnitentia, sic & Eucharistiæ ad eos exeunti sunt præmittendæ Virgæ Pœnitentiariorum.

Quam honorificum hoc munus.

At crescit ex loci dignitate Minorum altitudo. Supereminens Lateranum non sinit eos latere. Indè super alios efferunt capita; quòd in Ecclesiarum capite ad eorum pedes procidunt membra Ecclesiæ. Inde elevantur Fratres Minores, quòd in Basilica omnium Matre filios prodigos reconciliant Patri cælesti: & cibi mystici aptant convivio. Medicinam salutis administrant in templo Salvatoris: Et in ea, quam, ne corrueret, sustinuit Franciscus, Æde manent, ut erigant lapsos à casu, & stare faciant. Ibi soli hodie exercent Pœnitentiariorum munus, ubi solùm poterant Romæ olim recipi Pœnitentes. Agunt in Lateranensi Templo de Stirpe Francisci Sacerdotes, quod olim de Latere Papæ Cardinales.

Habitant & in Celio cellas super vetera Pontificiæ domus fundamenta extructas. Ibi quiescunt, ubi dormiens Innocentius I I I. vidit eorum Patrem vigilantem, & operantem. Ibi manent in Regulæ professione firmi, ubi eam Honorius Pontifex confirmavit. At-

Quam gloriosa ibi commoratio.

:e ubi sunt nunc horum hospitia
uperum; Fuerunt quondam opu-
ıta triclinia. Et hæc quidem, etsi
mero incolentium parva, non est
inùs Ordini Minorum chara habi-
io, nec quasi una de turba censetur.
ıi originem Seraphicæ Religionis
nat Auctor, unum huic inter spe-
lia libri capita, cum magis hono-
icis destinavit. Sed & pretiosos
inoriticæ ætatis Annales, dum illu-
iorum nominibus Virorum dite-
unt,

Franciscus Gonz, 1. part pag 142. in fol.

POENITENTIARII
APOSTOLICI

Lucas Vvading. passim in Annal.

Suis ibi locis implent, ut & ipsi
er eos, qui multam sibi gloriam
cerunt, Officio magnos in memo-
ı æterna reponantur.

Sic ergò crevit fundata in centro
militatis structura, quam celsitudo
ʼissimæ paupertatis ad cœlum eve-
, ut dum terrena transilit.
Sit justitia ejus sicut montes Dei.

FINIS.

Horum quinque montium summitates à solis tantum Fratribus Regularis, vel Strictioris Observantiæ sub uno totius Ord. Minorum Sancti Francisci, Generali Ministro viventibus, conjunctim, vel divisim occupatas, & iam nuper folii extensioris impressione expositas hic iterùm attingere ausus est: minimus ex strict. Obs. Minor. Recollect. F. TIBURTIUS Navar. &c.

QVÆSTIONES

In Prologum Theologiæ.

I.

FONDVS habet naturale
Ad Deum homo, nec tale
Scit per se discernere:

Nec viam novit divinam:
Ergò requirit doctrinam
Inspiratam sumere.

Id est, quamvis per innatum
Appetitum, inclinatum
Deo velim hominem:

Ex eo quòd à creatis
Sciam, & à limitatis
Satiari neminem:

Et ex hoc, quòd naturarum
In Deo summum nostrarum
Sistat perfectibile;

Verùm quia tam perfectum
Naturaliter objectum
Non est attingibile:

Doctrina à Deo inspirata homini viatori fuit necessaria:

Quamvis in eo sit appetitus innatus ad Deum.

Et potentia passiva naturalis.

Deus tamen non est objectum naturaliter attingibile.

Nec naturalis activa
Vis est his, qua sit passiva
Implenda potentia;

Sed sint supernaturali
Vi portandæ, naturali
Quo vergunt tendentia.

Nec talis appetitus est pro hoc statu nobis satis agnitus.

Cùm nec hic sat discernatur
Appetitus, nec sciatur
Satis finis ultimus.

Nec constet, quòd visioni
Noster objecti tam boni
Destinetur animus.

Nec est nobis naturaliter nota possibilitas visionis Divinæ.

Cùm nullus viam securam,
Quæ tendit ad lucem puram,
Adhuc per se noverit.

Nec via ad eam obtinendam.

Hinc dico, quòd inspirata
Doctrina de sursum data
Viator eguerit.

Cœlestis ergò doctrinæ
Vi docemur, quòd pro fine
Tanto sumus conditi;

Et huius lumine scitur
Callis verus, per quem itur
Tam perfecto limiti.

Ac ſic edocti formamus
Motum cordis, quo tendamus
Ad hunc finem liberè:

Ad quem iam, ſat declarato
Modo ſupra, cor jnnato
Ferebatur pondere.

I I.

Illa quidem abſolutè
Quam ſcholæ tradunt argutæ
Ad hoc non exigitur.

Theologia ſpeculativa vtilis eſt, non abſolutè neceſſaria.

Hinc tamen bona probatur,
Quòd per eam roboratur
Fides, & defenditur.

I I I.

Quæ, certa licèt, obſcura
Tamen, nequit ſtrictæ jura
Habere ſcientiæ.

Non eſt ſcientia

Sumit tamen, vndè capit
Alta, divináque ſapit
Nomen Sapientiæ.

Meliùs ſapientia.

I V.

Vt æterno jungat axi
Datur nobis: ergo praxi
Rectè tota ſubditur:

Eſt tota practica.

Et per ejus vim ſplendoris
Cor illuſtratum amoris
Ad actus dirigitur.

Nec ei conclusiones
Tam speculativas dones,
Ut non dicas practicas;

Namque regulare totæ,
Vel proximè, vel remotè
Praxes queunt cælicas.

V.

Habet pro objecto Deũ sub ratione deitatis.

Sub respectu Deitatis
Suæ molem veritatis
Circa Deum instruit.

Nam quod in ea tractatur,
Ad hoc centrum ordinatur,
Undè totum diffluit.

Seu ad Deum reducuntur,
Ut Deus est, quæ traduntur
Scholis Theologicis.

Dum ad intra, vel ad extra,
Vel ut finem, vel ut dextra
Operantem respicis.

Ex his attributionis
Objectum vi rationis
In Deo reponimus:

Sub ea formalitate
Qua sub summa Deitate
Ad ipsum respicimus.

V I.

QVAMVIS autem viatorum
Doctrina comprehensorum
Postponatur lumini:

At ob rationem ternam
Ei nego subalternam
In rigore termini.

Non est suba ternata Theologia Beatorum.

Nam primò debes fateri
Subjectum non contineri
Nostræ sub alterius:

Cùm revera sit formale
Idem, nec materiale
Procedat vlterius.

Adde, quòd inferioris
Per accidens à prioris
Objecto distinguitur:

At hic, quantùm ex objecto,
Accidentale profectò
Nil discretum cernitur.

Nam sub ea ratione
In consideratione
Est beati Dominus:

Sub qua (licèt sit splendoris
Diversitas) viatoris
Est doctrinæ terminus.

Demùm, quæ ſubeſt, probatis
Et à prima mutuatis
Principiis nititur;

At viator à Beato
Nullo gaudens mutuato
Per fidem inſtruitur.

Hæc ſimul in medicina
Nota reperitur trina,
Vt ſubjecta phyſicæ;

Cum qua poteſt habitare:
At non cum doctrinis ſtare
Noſtris beatificæ.

CVRSVS

THEOLOGICI

Prima Pars.

DE DEO UNO

VEL

De natura divina, & Attributis ipſius.

TRACTATVS PRIMVS.

I.

Deus eſt: Hæc per ſe nota
Probatione remota
Manet propoſitio;

Hæc propoſitio: Deus eſt, eſt per ſe nota.

Nam in ea prædicatum
Evidens, immediatum,
Per ſe, primum ſentio.

Quia tamen terminorum
Nunc connexionem horum
Homo non intelligit:

Hinc eſt, quòd in hoc probando
Latentes inveſtigando
Rationes colligit.

II.

Deum esse patet ratione.

Deum esse sola mentis
Ad creata reflectentis
Ratione novimus :

Qui causis in ordinatis,
Et inter se regularis
Ad primam conscendimus.

Quis enim hunc videns mundũ
Tot speciebus fœcundum,
Tanto clarum ordine :

Nõn concludat ut effectum
Arte miranda profectum
A supremo numine ?

Quis cunctis cernens diebus
Ditari naturam rebus
Ex se contingentibus :

Non dicat aliquid esse,
Quod à se sit ens necesse
Ortum præbens omnibus ?

Quis tot generationes
Videns per successiones
Sæculorum currere :

In summo tandem factore
Et in immoto motore
Non cogatur sistere ?

Quis hujus cytharæ ſonum,
Quem creatum mittit bonum
Aure proba ſapiet :

Ita S. Gregor. Nazian. orat. 2. de Theologia.

Quis inquam, cor habens ſanũ
Cytharœdi ſummi manum
Adeſſe non capiet ?

Et quidem, ut rationis,
O Vir aurei ſermonis,
Tuæ ponam radium :

S. Ioan. Chryſoſt. in Pſ. 13.

Quæro tecum, quo portento
Staret abſque fundamento
Tantum ædificium ?

Vndè domus hæc leporis
Tanti foret, conſtructoris
Si neſciret dexteram ?

Et quomodò tam perfectus
Eſſet orbis, Architectus
Si non dedit operam ?

An ſonat hæc mundi lyra
Per ſe ſolam, quamvis mira
Arte carens muſici ?

O quàm rectè dico ſtultos,
Effectus ſummo tam multos
Qui negant Artifici !

Adde, quòd lumen cunctorum
A natura populorum
Signatum in frontibus.

Nullum ſinit non videre,
Manum Dei relucere
In cunctis operibus.

Vndè quamvis adhuc gentes
Sint errori ſeruientes,
Et prophano ritui:

Omnes tamen hoc per lumen
Suo quoddam ſolent numen
Præfigere cultui.

Quamvis ergò ſtultus corde
Dicat actibus concorde
Deum non exiſtere;

Id, pravo quod vult affectu,
Non ſic poſſet intellectu
Os movente promere.

Imò, quantumvis mugiret,
Sonum majorem audiret
Teſte conſcientia:

Quo cœlum, tellus, & mare
Se facta clamabunt clarè
A Dei potentia.

Undè, si fortè contingat,
Quòd, an Deus sit, impingat
Tua mens in dubium:

Mundus dabit verbum oris,
Quo se supremi Factoris
Dicet opificium.

III.

Unus est, & hoc probamus, *Item, & unũ esse.*
Dum omne bonum monstramus
In Deum confluere:
Et ipsius potestati,
Supremæque voluntati
Nil posse resistere.

Indè quippe debet sequi,
Quòd unius entis æqui
Cuncta parent nutui;
Et hinc potest contra reos,
Qui plures admittunt Deos,
His sequelis argui:

Ergò bonum dividetur, *Illationes contra pluralitatem deorum.*
Aut si multis idem detur,
Includentur invicem:
Ergo, quod unus mandabit,
Alter, quando volet, dabit,
Ne ponatur, obicem.

IV.

Existentia est de essentia Dei.

Ego sum, qui sum, dum fatur :
Ad essentiam testatur,
Quòd spectat existere :
Ut distinctè nomen Dei,
Quin actum purum des ei,
Non possis concipere.

Est primũ Dei prædicatum, ex quo alia probãtur à priori.

Ego quidem, Deus bone,
Primam Tibi ratione
Do sic existentiam :
Ut ex hac pro Deitatis
Tuæ cunctis prædicatis
Sumam consequentiam.

Nam clarè patet in ente
A se tantùm existente
Bona cuncta colligi :
Et ad hoc infinitatem,
Æternam stabilitatem
Cæteraque redigi.

V.

Attributa in Deo sunt, & quid sint.

Attributa Deo dantur
Quæ velut concomitantur
Esse simplex Domini :
Quæque velut qualitates,
Puræque realitates
Ejus insunt Numini.

Inter

Inter ſe ſunt, & cum Deo
Idem in re, nec in eo
Dicunt inhærentiam:

Non lædunt ſimplicitatem,
Nec, propter infinitatem,
Informant eſſentiam.

VI.

Post Doctorem licèt meum
Quidquid eſt in Deo Deum
Aſſeram realiter:

Diſtinguntur formaliter ab eſſentia & ab invicem.

Hæc ob deffinitiones,
Diſtinctáſque rationes
Diſtinguo formaliter.

In ſummo quidem Parente
Notatur, quòd ſic à mente
Voluntas diſtinguitur:

Nam, quòd mentis facultate
Gignat, & quòd voluntate
Spiret, fide traditur.

Hoc autem à parte rei
Antè cunctum actum mei
Intellectus evenit:

Eſtque fidei probatæ,
Quòd Verbum à voluntate
Paterna non provenit.

Ergò per doctrinas tuas
Has formalitates duas
Unam noli dicere :

Ne des locum arguenti
Tam voluntati quàm menti
Hunc partum adscribere.

Reiicitur distinctio virtualis. Nec solves objectionem,
Quamvis hîc distinctionem
Virtualem dederis ;

Nam peto , nùm eam sentis
Antè vel post actum mentis ?
Quidquid dicas , caperis.

Si mente priorem dicis,
Tunc nobis non contradicis
Nisi solo nomine ;

Si velis posteriorem ,
Objectionis vigorem
Non privas acumine.

Objectio. Dices:Duplex genus entis,
Reale primum , & mentis
Reperitur alterum :

Hinc binæ distinctionis
Realis , & rationis
Trahi patet numerum.

Dico pro diſtinctione, *Reſpõſio.*
Quòd prima diviſione
Ens ita dividitur;

Sed iam de reali dico,
Quòd illud vel in obliquo,
Vel in recto ſumitur:

Ita, quòd quædam vocentur
Ens, & Res, quædam ſignentur
Ut entis realitas:

Et in omni datur ente
Nulla cogitante mente
Sic multa formalitas.

Hanc comitatur formalis,
Enti reſpondet realis
In rebus diſtinctio:

Ambæ per modum unius
Nomen oderunt illius,
Quam mentis dat fictio.

Ita quòd & hæc formalis
Diſtinctionis realis
Submembrum includitur:

Quod nomen ut detur ei,
Minor, ex natura rei,
Et media dicitur.

VII.

Relationes personales distinguuntur formaliter ab essentia, & ab Attributis divinis.

ABSOLUTA personarum
A relativis earum
Sic quoque distinguimus;
Namque Patrem Tibi, Nate
Non data paternitate
Esse dare discimus.

Idem autem reservari,
Idémque communicari,
Quia nimis implicat:
Ab hac contradictione
Formali distinctione
Se se Scotus vendicat.

VIII.

Dei perfectio quanta.

UNUS est, Verus, & Bonus,
Cunctísque cœli patronus
Est abundans dotibus:
Nam ab hoc montium monte
Virtus omnis, ut à fonte,
Est in cunctis entibus.

Continet formaliter perfectiones simpliciter simplices.

Dotes ipsas meliores
Quam non ipsas, vt majores,
Continet formaliter;
Seu tenet perfectiones,
Quas vocant scholæ sermones
Simplices simpliciter.

At illas, quarum conceptus
Secum involuunt deffectus
Eminenter possidet;

Eminenter verò perfectiones secũdùm quid.

Sic animantum cunctorum
In eo vis, & agrorum
Pulchritudo residet.

IX.

Et hinc rectè sentit Schola,
Quòd Dei bonitas sola
Bona valet omnia;

Tantùm perfectionis dicit Deus solus, quãtùm ipse cũ creaturis.

Et quòd perfectus est tantùm
Deus solus, sumpta quantum
Cum eo sunt alia.

Quamuis enim bona plura
Sint Deus & creatura,
Cum hac nil est melius:

Quia quidquid huic donavit,
Deus sibi reservavit
Infinitè plenius.

X.

Licet autem mens humana
Bona numinis arcana
Viis quærat pluribus,

Cõceptus infinitatis est omnium attributalium intimior, & notior.

Conceptus infinitatis
Præfertur, ut Deitatis
Propinquior, omnibus.

In illo quippe videmus,
Quidquid de Deo tenemus
Comprobari medio:

Et in illum resolvuntur,
Quæque Deo tribuntur
Hominis eloquio.

Ita quòd ipse conceptus
Aseitatis, acceptus
Ut quidditas Domini,

Probetur, non à priori,
Verùm à posteriori
Illius vi termini.

Infinitas in Deo prima ab omnibus concipitur.

Hincque patet, quàm sit verum
Dogma, quod Auctorem verum
Infinitum concinit;

Ad id enim omnis gentis
Consensus, & omnis mentis
Scrutatio definit.

XI.

Deus est actus simplex, & purus.

Qui subjectum vult, & formã,
Hanc invitus servat normam,
Quòd agenti subditur;

Nam per agentis effectum
In suum forma subjectum
Compars introducitur.

Ergo Deus primus Agens,
Summus finis, cuncta regens
Esse gaudet simplici:

Et actus purus dicendus,
Non est cuiquam componendus,
A quo possit affici.

Non potest quidquam recipere ut formam.

Et cùm ipse sit completus
Actus, & in se quietus,
Nil potest afficere:

Nec per modum informantis,
Et completum esse dantis
Se cuiquam adjungere.

Nec à quoquam recipi, ut forma.

XII.

In eo potentiale
Nil est, aut materiale:
Sic non subest generi:

Et intra prædicamentum,
Sicut cætera contentum
Nolo prorsùs asseri.

Non ponitur in genere.

XIII.

Ens necessarium credi,
Atque naturæ concedi
Debet immutabilis;

Cui nil potest deperire,
Sed & nihil advenire,
Ut sit receptibilis.

Est immutabilis.

Quid sit Deum pœnitere. Quem dum audis pœnitere,
In ejus tantùm fatere
Quid mutatum termino:

Vt homo creatus bonus
Post culpam ad carnem pronus
Audiit à Domino.

XIV.

Creaturis repugnat immutabilitas. Nullum autem ens creatum
Potest ita firmum statum
Habere divinitùs:

Nam receptivos volendi
Actuum, & cognoscendi
Dic creatos Spiritus.

Vnde quæque creatura,
Ita tenet à natura,
Vt sit variabilis:

Quòd in congerie tota
Potens nunquam esse mota,
Est nulla possibilis.

XV.

Deus est æternus. Cum sit à se carens fine,
Vera naturæ divinæ
Competit æternitas:

Creatura non potest dari propriè dicta æternitas. Nec alteri potest enti,
Quamvis fixè permanenti
Hæc dari perennitas.

Et quidem, an ab æterno
Creari quivisset, cerno
Hoc satis probabile:

Nam ut Deo voluntatis
Decretum, tunc potestatis
Fuit opus facile.

Quamvis probabile sit potuisse creari ab æterno.

Id est, si Petrum secreti
Ab æterno vi decreti
Voluit pro tempore:

Qui liber tunc ad volendum
Fuit, cur ad producendum
Caruisset robore?

Hunc tamen cum dependentē
Ad Deum omnipotentem
Multis modis noscerem:

Donatum æternitate,
Dumtaxat participatè,
Non propriè dicerem.

Hæc ergo propria Deo
Æternitas est in eo
Possessio stabilis.

Definitio æternitatis Dei.

Tota simul & perfecta
Causæ, nec annis subjecta,
Vitæ non finibilis.

XVI.

Deus est immensus.

Quia Propheta testatur,
Quòd divinæ nullus datur
Finis magnitudinis:

Dico præsens ejus esse
Omnibus rebus adesse,
Neque claudi terminis.

XVII.

Ejus præsentia nō colligitur præcisè ex ejus operatione in omnibus locis.

At licèt hîc operetur,
Indè præsens non censetur
Deduci formaliter:

Namque virtus hîc agendi
Non est virtus existendi
Hîc præsentialiter.

Ac duo per attributa,
Tu Deum ubique puta
Esse sic, & agere:

Ut, impossibili dato,
Posset altero sublato
Vim vnius promere.

Et certè rerum agentem
Non facit, aut concurrentem
In rebus præsentia:

Sed ea, quam & distando
Haberet, in operando,
Suprema potentia.

. Adde, quod ſi creatura
In indiſtans agendi jura
Eſt apta recipere:

Cur Deum immenſitate,
Secluſa, tu facultate
Hac velles exuere?

Vndè patet ratione:
Quòd ex operatione,
Non eſt talis dominus:

Eſt immenſus, quia ens infinitũ oportet eſſe immenſum.

Sed hinc habetur immenſus,
Quòd infinitum emenſus
Non eſt ullus terminus.

Quòd ſi cauſam & effectum
Contendas ſimul perfectum
Contactum requirere:

Occurritur objectioni.

Ibi cum viris acutis
Dico contactum virtutis
Ad opus ſufficere:

Qui, cauſa quidem abſente,
Sed ſemper omnipotente,
Adhuc eſſet dabilis:

Et ejus ab actione
Abſque contactu perſonæ
Res exiret facilis.

Explicatur loca scriptura in contrarium adducta.

Quòd si Scripturarum voces
Huc ad argumentum voces
Pro te Theologicum :

Dico quòd hoc probant verè
At non strictè, nec severè
Per locum intrinsecum.

Et quòd si locis præsentem
Vocant, in quibus agentem
Probat operatio :

Non tamen actiuitatis
Vis ejus ubiquitatis
Est formalis ratio.

De fide est Deum esse ubique per præsentiam, per potentiã, & per essentiam.

Sciant ergò Christiani,
Quòd cuiuslibet arcani
Testis adest Spiritus :

Qui per posse, qui per visum,
Et esse per indivisum
Omnes replet aditus.

Seu Deum omniscientem,
Immensum, omnipotentem
Cùm ex fide sentiam :

Ubique per præsentiam
Adest, & per potentiam,
Est quoque per essentiam.

MENS

XVIII.

An autem communicari,
Et creatis possit dari
Entibus immensitas:

Immensitas vera repugnat creaturæ.

Nego quidem, quòd æqualis
Divinæ, sed aliqualis
Daretur vbiquitas.

Quin omnem locum replere,
Et vbique residere
Quis potest divinitus:

Potest tamen esse divinitùs vbique.

Quod sumpto sic argumento
Ex Altaris Sacramento
Scotus probat penitùs.

Nam si quia fide certi
In Christi corpus converti
Panem nunc asserimus:

Ad instar panis conversi
Posse quodquod vniversi
Verti corpus addimus.

Et, ut scholæ dant antiquæ
Esse corpus hoc ubique
Quit Sacramentaliter:

Hinc dico non implicare,
Quemque divinitùs stare
Ubique localiter.

Etiam circumscriptivè localiter.

Id eſt, vt rem pandam clarè,
Si Deus multiplicare
Uult Petro præſentiam;

An item in infinitum
Ei duplicare ſitum
Non habet potentiam?

Non tamen ei immenſitas conveniret.

At cùm locis clauderetur,
Nec in illis poneretur
Vi ſibi congenitâ:

Hunc immenſum ne vocarem,
Ubiquitate privarem
Soli Deo debita.

XIX.

Si nil eſt, quod cauſam ſumat,
Independens, non præſumat
Infinitum effici.

Repugnat ens creatum infinitè perfectũ.

Nam dum infinitum mole
Poſſibile ſummo Scholæ
Aſtruunt Opifici.

Et cùm viri dicunt clari,
Infinitam poſſe dari
Actu multitudinem;

At hæc infinita verè
Perfectione docere
Adhuc vidi neminem.

XX.

Sic quoque quantumvis pura
Efformetur creatura
Minúſque compoſita :
Non ſperet ſimplicitatem,
Ob genus, & qualitatem
Quibus erit ſubdita.

Non poteſt dari creaturæ omnimoda ſimplicitas.

XXI.

De Deo vi naturali
Proprius ex generali
Conceptus acquiritur :
Namque Paulus dicit palam:
Quod per effectuum ſcalam
Ad Deum aſcenditur.

Habemus naturaliter conceptum proprium de Deo ſumptum ex communibus ipſi & creaturis.

XXII.

Sic &, ut advertit Scotus,
Naturalis quemdam motus
Poterit afficere :
Ut Dei perfectionem
Velit iuxta rationem
Præ cunctis diligere.

Et ſic per naturæ lumen
Et vires amari Numen
Poſſet ſuper cætera :
Quãdo quis, ut ſummè bonum
Audiret per illum ſonum,
Quem dant ejus opera.

Poteſt Deus ſuper omnia naturaliter amari.

Talis amor nec esset firmus nec meritorius salutis.

An autem in hoc amore
Hîc duraret ? puta fore
Pro non longo spatio :

Sicut & de fide crede ,
Quòd huic pro cœli mercede
Nulla foret ratio.

XXIII.

Deus est objectum rectæ fruitionis.

Cùm ex Augustini mente
In in eo nostra sit ente
Locanda fruitio ,
Cui propter ipsum hæremus
Amore , quod possidemus
Quieti cum gaudio ;

Certè cùm in his creatis
Non sit tantum bonum satis,
Ut quiescat animus :

Fruitionis objectum
Erit ens summè perfectum,
Sive finis ultimus.

Sic uno tantùm & trino
Deo nos ex Augustino
Ordinatè fruimur :

Ad quem erit , ut amandum
Ob se , totum ordinandum
Quod usu consequimur.

XXIV.

At ne fruamur utendis
Ut fine, neque fruendis
Utamur, ut mediis:

Creaturis utendum est, non fruendum.

Nos oportet bonis uti
His creatis, ut saluti
Parandæ subsidiis.

Et ea ne diligamus
Inordinatè, quæramus
Tali semper ordine:

Ne nos retardent in viis,
Sed noster cursus in iis,
Meta sit in numine.

XXV.

Videtur, cùm vult videri,
Nemo Deum intueri
Suis potest viribus:
Cumque cadat sub objectum
Ejus, cum vult intellectum
Suis aptat visibus.

Deus naturaliter ab intellectu creato videri nequit.

Doctrinam non argumentis,
Sed fidei fundamentis
Hanc probo credibilem:

Potest super naturaliter.

Nam quem promittit scriptura
Videndum à creatura,
Vocat invisibilem.

XXVI.

Nullo modo ab oculo corporeo.

VLTRA fines corporales
Oculos materiales
Nil poteſt exrendere:

Ergò nec Regem cœlorum
Nec catervas Angelorum
Poterunt aſpicere.

XXVII.

Deus eſt omninò incomprehenſibilis à creatura.

QUIN, licèt Deus Beatis
Suæ vultum Majeſtatis
Det videndum mentibus:

Nunquã tamen cõprehendũt:
Neque poſſunt, quia tendunt
Creatis aſpectibus.

Solvuntur verba D. Pauli, explicatione.

Quòd ſi Paulus, ut curramus,
Vult, donec comprehendamus,
Dicens, ſe ſic currere:

De vero comprehenſore
In omni noli rigore
Ejus verba capere.

Sed in ſenſu ſume lato,
Sicut cuicumque Beato
Id quoque tribuimus:

Dum nos aſſecutionem
Dei comprehenſionem
Communiter dicimus.

Quo sensu nos viatores,
Et illi comprehensores
Appellari soliti;

Nos in via laborantes
Signamur, illi lætantes
Viæ dantur limiti.

At, cùm ex sensu docentis,
Augustini, quod scientis
Mente comprehenditur,

Comprehensione ipsius
Finiatur, sic nullius
Visu Deus clauditur.

Nam quamvis proportionem
Elevata visionem
Ad Dei mens habeat.

Qualem requiritur dari
Vt potentia versari
In objectum valeat:

At pro comprehensione
Gaudere proportione
Entitatis peteret:

Quam cum non posset habere,
Dic, quòd neque Deum verè
Vnquam comprehenderet.

Quid sit compre-hensio vera ex D. Augustino. lib. 12. de civit. Dei cap. 18.

Non potest comprehendi Deus nisi ab intellectu æqualis perfectionis.

Comprehensio extensiva, & intensiva, quid sit.

Nam, ut quid comprehendatur
Petit, ut totum noſcatur
Quod eſt ibi ſcibile :

Imò nec id petit tantùm ,
Sed ut cognoſcatur, quantùm
Eſt intelligibile.

Quæ vis, cùm Chriſti conceſſa
Animæ non ſit, expreſſa
De patrum ſententia :

Vtraque eſt impoſſibilis creaturæ de Deo.

Reſtat , quòd nec poteſt dari
Deo valens adæquari
Creata ſcientia.

Vndè quamvis totum Deum
Beatus cernat , at eum
Non videt totaliter :

Nam nec ſimul intuetur
Omne , quod hîc continetur
Saltem virtualiter.

Imò nec Deum cognoſcit
Tantùm , quantùm ejus poſcit
Intelligibilitas :

Hinc à ſanctis extenſivè
Non poteſt aut intenſivè
Comprehendi Deitas ;

Quæ locis neque arctari,
His major: nec mensurari
Annis, his antiquior:

Nec cordis æquari affectu,
Hoc dignior: nec aspectu
Mentis, hac superior.

Deus, ut est incomprehensibilis loco tempore, & amore creato, ita & mente.

XXVIII.

Ex quibus potest censeri
Nullum creatum haberi
Incomprehensibile:

Sciri cuius entitatem
Sit juxta scibilitatem
Nobis impossibile.

Nulla creatura est incomprehensibilis.

Et quamvis sciam deffendi
Extensive comprehendi
Posse nil ab homine

Dum quorundam rationem
Hîc adverto, quæstionem
Hanc puto de nomine.

Aliqui docent esse extēsivè incomprehensibilem.

Nam certe si requiratur,
Vt extensivo dicatur
Clausa res intuitu:

Quòd cum re noscatur clarè,
Quidquid solet terminare
Vel actu vel habitu;

Cum ad terminos respectum
Possit creatum objectum
Infinitos dicere :

Imò referatur Deo ,
Quis tot respectus cum eo
Posset comprehendere ?

Simpliciter tamen est comprehensibilis.

At verò si terminorum
Confusa , clara objectorum
Sufficit notitia :

Dico : quòd comprehendetur
Ens creatum , & claudetur
Creata scientia.

XXIX.

Est quoque doctrina Scoti,
Quod Deo videndo toti
Sic aptantur animæ :

Potest divinitùs videri essentia divina à Beatis, non visis personalitatibus.

Vt in tanto quædam ente
Formalitates contentæ
Possent cerni minimè.

Sic quòd cui , visa natura ,
Non esset & vis futura
Qua personas cerneret :

Si suis liber in donis
Pro contuendis personis
Deus non concurreret.

Et hoc à pari probatur :
Si Nato communicatur
A Patre Divinitas,

Quin ipsi communicetur,
Quanquam identificetur
Naturæ paternitas;

Hocque facit virtualis
Thomistis, atque formalis
Scotistis distinctio:

Vt huic repugnans arcano
Non occurrat christiano
Vlla contradictio;

Rectè potest intellectus
Esse videndo provectus
Sic à patre luminum;

Vt ob hanc distinctionem:
Non cernat relationem
Intuendo Dominum.

Hanc autem intuitivam,
Quia præsentis visivam
Actionem dixerim:

Quamvis præcisivam benè
Ob rem non perspectam plenè
Cum nostris concesserim.

XXX.

Deus est ineffabilis, & quomodo. Quamvis variè in scripturis nominetur.

Dum tandem mecum revoluo
Iam dicta, Deum resolvo
Nobis ineffabilem:

Quamvis legam in scripturæ
Eum per nomina plura
Esse designabilem.

Et certè quem intellectus
Non capit, vocis perfectus
Num sonus expresserit?

Quid quæris in linguam oris
Vt ascendat, cum amoris
In cor non ascenderit?

Vt ergò componam clarè
Textus sacros, qui pugnare
Videntur cum textibus:

Quomodo dicamus aliqua de Deo.

Dico quidem, quòd scripturæ
Deum multis creaturæ
Designant nominibus;

Sed dico, quod per creata
Ad horum significata
Homo tantùm pervenit:

Nec audit de Deo dictum,
Nisi quod in his depictum
Modo quodam invenit.

Nam vel bonum affirmamus
Gradu ſummo, quod notamus
In ejus effectibus.

Per affirmationes.

Vel negando removemus
Omnes, quibus nos ſcatemus
Mortales deffectibus.

Vel per negationes.

Sic dependentes, finiti
Cum ſimus, & loco ſiti,
Anniſque mutabiles:

Ei per negationes
Aptamus perfectiones
Infinitè ſtabiles.

Ita cùm ſtare per ſe ſe
Vivere, ſpiritum eſſe,
Scire, velle, & agere.

Sint bona, quæ per reſpectum
Ad ens omne, quid perfectum
Obſervamus dicere;

Ea tribuimus Deo,
Spiritum vitam in eo
Dantes & ſubſtantiam:

Tali tamen modo damus,
Vt omnem boni ponamus
In his abundantiam.

Vndè cum hæc prædicata
Ad Deum ita translata
A creatis viderint:

Non mirum si patres prisci
De Deo propriè dici
Frequenter negaverint.

Et indè patet, quo sensu
Sit de Doctorum consensu
Deus ineffabilis:

E contra qua ratione
Sit sacra locutione
Sæpè nominabilis.

TRACTATVS II.

DE INTELLECTV & voluntate Dei.

I.

In Deo est intellectus.

CVM intellectum habere
Sit ex illis, quæ sunt verè
Perfecta simpliciter:

Probatur ratione.

Hinc secundùm rationem
In Deo perfectionem
Hanc tenemus firmiter.

Item cum in eo vitam
Debeamus infinitam
Et veram agnoſcere :

Cùm ob finem operetur ,
Quòd intellectu ditetur
Tenemur aſſerere.

Quod ne putes ductu ſolo
Rationis , fide volo ,
Vt credas , catholicè :

Et eſt de fide.

Nam ſacris conſtat ex chartis,
Quod Deus ſciens & artis
Eſt dives mirificæ.

II.

Cum autem nullos deffectus
Patiatur intellectus
Infinitus Domini :

Qualis ſit intellectus Divinus.

Hinc tolle , quod ut creatis
Das ex cauſa finitatis
Angelo , vel homini.

Non eſt ergò plurimorum
Realiter diſtinctorum
Productivus actuum :

Expers eſt omnis deffectus.

Nec paſſivus eſt noſtrarum
Ad inſtar potentiarum ,
Aut capax habituum.

Nec receptor ſpecierum
Impreſſarum , neque verum
Diſcurrendo colligens :

Sed vno ſemper conſtante
Æterno de ſe manante
Actu res intelligens ;

Et eſt velut actus primus
Ad ſecundum , quos ſentimus
Sic idem realiter :

Vt invicem , & à Dei
Natura vox ſcoti mei
Diſtinguat formaliter.

III.

Huius autem tantæ mentis
Eſt ipſa Dei viventis
Objectum eſſentia :

Objectum , nempè, motivum
Et primò terminativuum
In Dei ſcientia

Eſt ipſum eſſentiale
Vnum , & ſubſtantiale
Eſſe ſummi numinis :

In ſecundo verò pones
Divinas perfectiones
Cum non quantis terminis.

Eſt idem realiter cum ſuo actu.

A quo, & ab eſſentia formaliter diſtinguitur.

Objectū primarium, & motivū ejus eſt divina eſſentia.

Secundarium ſunt Attributa, & relationes ac notiones.

Id eſt, Attributa Dei
Objectum ſecundum ei
Sunt cum notionibus :

Ad quod tandem dic ſpectare
Quidquid hæc mens videt clarè
In cæteris entibus.

Item, & creatura.

At ut illa ſint objecta
Secundariò intellecta
Modum habent varium ;

Sed diverſo modo ab illis.

Nam objectum Attributa
Et relationes puta
Ita ſecundarium :

Explicatur illa diverſitas objectis ſecundarii.

Quòd, cùm tanquam a radice
Et ſacra velut matrice
Emanent eſſentiæ :

Hæc pro cunctis ſat moveret,
Et per ſe vicem teneret
Illorum præſentiæ :

At illa quidem videntur
Per ſe, quia continentur
In Deo formaliter ;

Sed non ita creaturæ,
Quas ſummæ ſinus naturæ
Claudit virtualiter.

Ergò strictè res creatæ
Ad objectum revocatæ
Sunt secundum Domini:

Hæ respectu tantæ mentis
Nunquam possunt vim moventis
Habere, sed terminis.

Et reverà, cùm moveri
Mens summa tantùm à veri
Summi possit lumine:

Ne vilescat in minutis,
Objectum suæ virtutis
Suo fert in Numine.

In essentia sua videt Deus omnes creaturas.

Ad quod dum perfectè tendit,
Quidquid in se comprehendit,
Claro videt oculo;

Ibi possibile purum,
Elapsum, præsens, futurum
Cernit, ut in speculo.

Sic tamen ut, Deus bone,
Vacet imperfectione
Repræsentabilitas.

Quam essentiæ divinæ
Facit carens omni fine
Intelligibilitas:

Hic autem adhuc advertam
Non esse prorsus incertam
Eorum sententiam

Probabile est Deum cognoscere creaturas se ipsis.

Qui Deo creaturarum
In ipsisimet cognitarum
Tribuunt scientiam.

Hæc enim mens infinita
Res omnes cognoscit ita,
Vt sunt cognoscibiles:

Ergò secundum formale
Novit esse, cùm per tale
Sint intelligibiles.

Nam cùm ne dum virtualis,
Sit & eminentialis
Deo continentia:

Secundum quàm entitate,
Ac & noscibilitate,
Cuncta claudit entia;

Sed formale creaturis
In earumdem naturis
Esse sit, & proprium:

Ergò secundùm hoc esse
Ipsis noscendis inesse
Deo patet radium.

Cave tamen, qui ſic ſentis
In tantæ ne decus mentis
Te reum redarguas:

Vt ei terminativuum
Objectum, & non motivum
In creatis ſtatuas.

Et ſic hac diſtinctione
Te potes objectione
Ab omni ſubducere:

Qua poſſent argumentari
Intellectus tam præclari
Sic lumen vileſcere.

IV.

Dei ſciẽtia eſt neceſſaria in ſe.

MENS Dei nequit non eſſe,
Actu cujus eſt neceſſe,
Omne ſciri ſcibile:

Et contingens reſpectu creaturarum.

Contingens tamen cognoſcit
Contingenter: nam ſic poſcit
Hoc noſci noſcibile.

Ita quòd entitativè
Non verò terminativè
Lux hæc neceſſaria:

Sic etiã una & multiplex.

In ſe ſit una, ſuorum
Per reſpectum objectorum
Multiplex & varia.

V.

A T cùm ſummè regulata
Sit voluntas increata
Regulam non exigit:
Intellectus ergò Dei
Nulla præcepta dat ei
Et praxim non dirigit.

Non eſt practica, ſeu non eſt directiva voluntatis divinæ.

Id eſt, quamvis intellectum
Ferri petat in objectum
Priùs naturaliter:
Quia niſi cognoſcatur,
Nulli voluntati datur
Velle quidquam aliter;

Non tamen eſt directiva
Nec praxis regulativa,
Sic prior ſcientia:
Quia pro dilectione
Non eget directione
Tam recta potentia.

VI.

R E S futuras contingentes
Et à cauſis dependentes
Deus certò conſpicit:
Non quòd ſibi coëxiſtant
Nam cum nil ſint, nec exiſtant,
Hæc via non ſufficit.

Deus cognoſcit futura. Non per coexiſtentiam eorum æternitati.

Scias ergò : cùm perfectum
Esse Dei sit objectum
Summè cognoscibile :

Ordo divinæ cognitionis

In cognoscibilitate
Claudens sua, monstrat latè
Logicum possibile.

Cognoscit possibilia in suamet essentia, ut continente omnia in ratione cognoscibilis ; & sic videt eorum non repugnantiam, seu possibilitatem logicam.

At ut videt, quòd ad extra
Circa non repugnans dextra
Sua nescit obicem :

Rerum possibilitatem
Physicam, per claritatem
Deus cernit simplicem.

Id est, ut aiunt Doctores,
Possibile per splendores
Cognoscit scientiæ.

Cujus schola notioni
Nomen simplicis apponi
Vult intelligentiæ.

Ex notitia suæ omnipotentiæ videt eorum possibilita-

At cùm voluntas suprema
Illa coniungit extrema,
Ens, & existentiam :

Atque futurum declarat,
Quod possibile notarat
Per intelligentiam ;

Scientia viſionis
Æternæ vis rationis
Gaudet infallibili:

Qua res attingit futuras,
Et in eſſe tranſituras
E ſtatu poſſibili.

VII.

Hæc quidem patet doctrina,
In his, quæ manus divina
Se ſola parturiet:

Vel in his quæ de cauſarum
Fundo neceſſariarum
Tempus quondam hauriet.

Sed quid de rebus creatis,
Quas è ſinu voluntatis
Videmus procedere:

Et à nobis nec coactè
Nec neceſſariò factæ
Producuntur liberè?

Qua cernit cognitione
Res, quæ ſnb conditione
Deberentur fœtibus:

Quæ nunquam, huius deffectu,
A liberis in effectu
Ponentur agentibus?

templuſ-ſican ſcientia ſimplicis intelligentia.

Futura cognoſcit per ſciẽtiam viſionis. Mediante Decreto ſua voluntatis de eorum futuritione.

Quaſtio celebris. Quomodo Deus cognoſcat futura abſoluta & conditionata à cauſis ſecundis liberis dependẽtia.

Assignātur duæ viæ: seu opiniones.

In his duas vias tibi
Tutas facilésque sibi
Schola nostra prædicat.

Mastr. in 1. disp. 3. q. 3. ar. 8.

Prima decretum præponi
Et notitiam postponi
E Scoto sic explicat.

Prima est cognosci mediis decretis divinæ voluntatis.

Multa Deus creaturis
Patere videt futuris
Liberis itinera:

In quibus si ponerentur,
Decernit, quòd agerentur
Ab illis hæc opera.

Conditionata conditionatis.

Decreto mox absoluto,
Prædefinit in statuto
Quædam fore tempore.

Absoluta absolutis.

Sic vno determinata
Atque conditionata
Videt mentes robore.

Remanet intacta libertas causæ secundæ.

Ne tamen quid antecedens
Ibi præsumas aut lædens
Creatum arbitrium;

Nam, ut nunc cū meos cursus
Ago, divini concursus
Exigo subsidium;

Ità,

Ita, cùm voluntas Dei
Arbitrij vires mei
Virtute contineat:

Affirmo, quòd ab æterno
Meum decretum ſuperno
In decreto maneat.

Sic humana ſtat libertas,
Sic Deus habet apertas
Certi vias luminis:

Explicatur magis concomitantia divini decreti.

Per ſuam volitionem
In determinationem
Coincidens hominis.

Non caſu, nec conjectura,
Ut quandoque creatura
Cum altera convenit:

Sed hoc eminentiali
A virtute divinali
Voluntati provenit.

Nam in primi ratione
Entis, ut perfectione
Cuncta Deus continet:

Horúmque ſcibilitatem
Intelligibilitatem
Per divinam obtinet;

In eo sic omnis entis
In ratione volentis
Clauditur perfectio:

Nec æterna voluntate
Necessitatur creatæ
Temporalis actio.

Sed quod cor meum acturum
Est per tempus, sic futurum
A Deo decernitur:

Quasi ab æterno fuissem,
Et cum eo decrevissem,
Quod à me nunc agitur.

Et hoc modo declaratum
Decretum hoc appellatum
Est rectè concomitans:

Per quod Deo res futuræ
Patent, nec est creaturæ
Libertatem irritans.

Nam licèt æternitate
Præcedat, causalitate
Me tamen non prævenit:

Sed cum velle æterno Dei
Temporale cordis mei
Modo dicto convenit.

Est quoque via secura,
Quam tangit Bonaventura,
Quam potes admittere :

Et sic nostram libertatem,
Et divinæ firmitatem
Notitiæ jungere ;

Ut deffendas, te sentire
Decretum non prævenire
Lumen illud medium,

Quod sub concursu parato
Certum in velle creato
Videt exercitium.

Et quamvis nec modus iste
Loquendi gratus Scotistæ
Sit omni communiter :

Sunt, & de Minorum gente,
Docti, qui de Scoti mente
Hunc deffendunt acriter.

VIII.

Circà nomen idearum
Diversa pugnant scholarum,
Et Doctorum agmina ;

Puto tamen meo sensu,
Quòd sint pro parvo dissensu
Eorum certamina.

Admittitur, ut probabilis scientia media, ut futura contingentia à Deo cognoscantur.

D. Bon. in 1. dist. 40. ar. 2. q. 1. §. ex hoc patent.

Faber in 1. disp. 54. & 55. cap. 2. Poncius disp. 5. q. 7. n. 36. cavellus &c.

De ideis divinis.

Essentia divina potest dici remotè idea.

Quod est in Dei natura
Ut in fonte, creatura
Ut rivus participat:

Ergò Deus se miratur,
Sed remotè, dum formatur,
Quod ortui mancipat.

Ipsa vero res cognita sunt idea proximè, & formaliter secundùm esse cognitum quòd habent objectivè in intellectu divino.

At quia res ab æterno
In suæ mentis interno
Habuit dispositas:

Dum eas ad extra ponit,
Sibi proximè proponit,
Easdem jam cognitas.

Nemo verò sumat durè,
Dum fons Deus, creaturæ
Hîc dicuntur rivuli:

Nam ne qui per hæc turbētur
Aut fortè scandalizentur
Verba mea parvuli:

Dico, quòd ita sumantur
Ut in creatis cernantur
Numinis vestigia:

Quibus sit perfectionis
Fons, expers divisionis
Remanens essentia.

Et ſic non participatur
Ita, quòd eſſe quod datur,
Sit, quod eſt in Numine:

Sed ſic loquendo ſignamus,
Qua dives opus notamus
Factoris imagine.

IX.

LAUDA Dei voluntatem
In qua pone libertatem
Infiniti culminis.

De Volũtate Dei.

Cui dùm repugnat deeſſe;
Habet contingenter eſſe
In creatis terminis.

Hanc in ente tam ſupremo
Ex ſacris libris te premo
Incunctanter credere:

Dari voluntatem in Deo eſt de fide.

Dúmque perfectum quid ſapit,
Hanc in eo quiſque capit
Rationis pondere.

Et probatur ratione.

X.

QUÒD ſi libertatis jure
Cæcæ privent creaturæ
Voluntatem Domini:

Deo neceſſariò agente nulla eſſet contingentia & libertas in creaturis.

In magnum cadent errorem,
Si tunc illum dent honorem
Angelo, vel homini.

Nam quid posset his prodesse
Libertas, quando necesse
Primus motor ageret:

Qui per sui motus undas
Omnes necesse secundas
Causas secum traheret?

X I.

Libertas Dei ad extra in quo sit posita.

VIX Dei volitionis
Ad extra vi rationis
Libertas est cognita;

Multi multa dicunt ibi,
Sed certè non constant sibi,
In quo sit hæc posita.

Dic tu quòd Dei perfecta
Voluntas, cum ad objecta
Terminatur liberè:

Actum habens sempiternum,
Potest, ut vult ad externum
Opus hunc convertere;

Ita quòd in entitate
Summa sit necessitate
Velle Dei præditum:

Sed propter vim eminentem
Ad extra Deus agentem
Se facit ad libitum.

Et hinc eſt,cur Scotus clamet:
Quòd licèt ſe Deus amet
Actu neceſſario;

Amans propter ſe creata
Contingenter vult amata,
Et actu non vario.

Eodem actu quo Deus ſe amat neceſſariò, amat contingenter creaturas.

XII.

AT hîc juſta ratione
Deum in dilectione
Sui dico liberum.

Libertate quidem illa,
Quæ contingenti favilla
Cor non urat tenerum;

Sed quæ naturalitati,
Non verò neceſſitati
Sit prorsùs extrinſeca;

Ita quòd libertas talis
Tanquam dos eſſentialis
Cordi ſit intrinſeca.

Amor Dei de ſe ipſo eſt liber libertate eſſe tali oppoſita naturalitati, non verò neceſſitati.

XIII.

QVAMVIS autẽ velle ſanctum
Unum in Domino tantùm
Debeamus colere:

Sacræ ſolent lectiones
In una volitiones
Plurimas exprimere.

Varia diviſiones voluntatis divinæ.

Sumpta namque voluntate,
Non quidem pro facultate
Volitiva Domini :

Verùm pro volitione,
Ut ſub variatione
Attenditur termini :

Voluntas Beneplaciti, & ſigni.

Ut docent nos textus digni,
In Beneplaciti, & Signi
In primis dividitur.

Beneplaciti vocatur,
Qua vult quidquã, qua mõſtratur
Velle, Signi dicitur.

Priorem equidem verè
Deus cenſetur habere,
Cum aliquid ſtatuit.

Altera non eſt in Deo
Realiter, ſed ab eo
Vt effectus profluit :

Voluntas ſigni quintuplex.

Quo quid ſe velle teſtatur,
Sicque ſignis connotatur
His quinque volitio :

Facto, prohibitione,
Præcepto, permiſſione,
Denique conſilio.

X I V.

Rursus ſub diviſiones : *Voluntas Beneplaciti multiplex*
Adhuc voluntatis pones
Multas Beneplaciti :

De quibus apud Doctores
Senſus ſat diffuſiores
Hic ſtrictim ſunt traditi.

Efficax ea cenſetur, *Efficax.*
Quæ (ſemper enim impletur,)
Neſcit reſiſtentiam.

Et inefficax effectum *inefficax*
Non habet, non ob defectum
Vel ob impotentiam :

Sed quia conditionem
Ad ſuam impletionem
Noſtro vult ex opere :

Quam quia non damus ei,
Sæpè voluntati Dei
Dicimur reſiſtere.

Et hoc eſt tantum arcanum,
In quod, perſcrutans in vanùm,
Ne te nimis inſere :

Sed crede dicto ſcripturæ ; *Pſa6.*
Quòd liberæ creaturæ
Obſtant Dei dexteræ.

X V.

Absoluta

ITEM voluntatem dari
Abſolutam, debes fari,
Qua quid vult ſimpliciter:

Per quã quidquid eſt decretũ,
Non eſſe nequit impletum,
Ut ſuccedat aliter.

Conditionata.

Eſt & conditionata
Hinc abſolutæ notata
Penitùs oppoſita:

Quòd ſit adimpletione
Pro ſua conditione
Pendens ab appoſita.

Ut Chriſtus, quã vult, cõmuni,
De ſalute loquens, uni
Sic juveni prædicat:

Si vis ad vitam intrare,
Debes mandata ſervare,
Quæ tibi lex indicat.

X V I.

Antecedens, conſequens.

INSUPER Antecedentem
Unam dici, conſequentem
Alteram colligimus:

Quas non reſpectu cũctorum
A Domino volitorum
In eo reponimus;

Sed respectu dependentis
Aliqualiter, agentis
A creati arbitrio:

Ut est illud, quo mandata
Servari vult, & beata
Sit cunctis fruitio.

Ex quo patet, quòd hæ binæ
Voluntates sic ex fine
Distinguntur invicem:

Explicatur quomodò differunt ex fine volito.

Quòd quem vult Antecedente,
Dabit Deus consequente,
Ni ponamus obicem.

Prior finem ut paratum
Præcedit, vt comparatum
Secunda consequitur;

Seu datur vi consequentis,
Qui nostris factis attentis
Acquirendus cernitur.

Antecedens vult intentum
Ergo finem: ut inventum
Opere vult altera;

Quòd post intentum succedãt,
Illa vult: Hæc, ut præcedant
Exequendum opera.

Illa viam mediorum
Propter finem dat verorum,
Et promittit præmium :

Hac finem Deus decernit
Ei, quem iturum cernit
Per signatum medium.

Et sic per Antecedentem
Verè vult humanam gentem
Frui quondam gloria :

Quam ut omnes consequantur,
Sufficientia dantur
Cuilibet auxilia.

At quia donis bonorum
Voluntas mala pravorum
Abusura cernitur:

Per consequentis decretum
Donum salutis impletum
In cunctis non sequitur.

XVII.

Deus mala culpæ non vult.

Culparum mala non velle
Nec hoc delectari felle
Probat Dei sanctitas :

Cunctas tamen creaturæ
Ex Agentis primi iure
Comitatur semitas.

Dum autem dico peccata
Sic à Deo tolerata,
Ut non velit fieri:

Audi modum à me planum,
Quo veritatis arcanum
Hujus debet afferi.

Hoc ergò de culpis ſcias,
Quòd non minùs quam res pias,
Has decernit Dominus:

In quantum actus realis
Phyſici, materialis
Quælibet eſt terminus.

Undè ſicut ab æterno
Decreto meum ſuperno
Opus bonum ſtatuit:

Sic malum in hoc inſtanti
Decreto concomitanti
Futurum conſtituit:

Et ſicut ad rectè facta
Propter cauſæ primæ pacta
Concurrit in tempore;

Sic & ad opus veſanum
Adjutricem præbet manum
Non minori robore.

Explicatur, quomodo ea non velit ſed permittat.

Bona & mala quoad entitatem phyſicam prædefinit ab æterno.

Et eodem modo ad ea concurrit.

Quomodò dicatur bona velle

In hoc ergò se se pronum
Ad omne pulchrum & bonum
Deus bonus obiicit :

Quòd cùm in eo morale
Quoddam rectum, ut formale
Complementum aspicit;

Ad illud se complacenter
Habet, & antecedenter
Decernit in genere :

Id est, vult, quòd sit in mundo
Creatura sibi mundo
Beneplacens opere.

Undè propter hoc naturam
Lucem rationis puram
Possidentem condidit :

Hinc & synderesis normam
Boni suadentis formam
Cunctis nobis indidit.

Idcircò pœnis, & minis,
Atque promissis divinis
Suis vim dat legibus:

Quibus ad bonum nos ducit,
Et practicandis inducit
Sanctitatis callibus.

Propter hoc excitatrice,
Concomitanti, adjutrice
Nos impellit dextera:

Ut per influxum illarum,
Quas paravit, gratiarum
Bona fiant opera.

At non sic malum proponit,
Nec antecedenter ponit
In hoc complacentiam:

Non autem sic vult mala.

Nec parat vires, & vias,
Quibus ad metas non pias
Trahat innocentiam.

XVIII.

Quia quidquid homo geret,
De se quidem nullum feret
Coram Deo meritum:

Et quia, quidquid agamus,
Decet, ut Deo solvamus
Ob multiplex debitum;

In Deo non est propriè justitia commutativa.

Et quia de suis donis
Reponit, quæ nostris bonis
In factis sunt pretia:

Præmittuntur rationes asserti.

Indè commutans mercedem
Apud Deum strictè sedem
Non habet justitia.

Elicitur conclusio.

XIX.

Neque propriè distributiva. Sic quoque quia dispersas
Virtutes ille diversas
In personis posuit :

Non tamen sunt bona sine mercede. Non est, undè personarum
Gradus cernat diversarum,
Dum sua distribuit.

Non tamen indè dicatur,
Quod iustus obliviscatur
Nostra Deus opera :

Et est vera & propriè dicta justitia. Nam nec vas aquæ frigentis
In os transfusum egentis
Sua perdet munera.

XX.

Cum autem sacrum sermonem
Hanc Deo perfectionem
Tribuentem audio :

Dotem iustitiæ veræ
Propriè dictæ sincerè
Esse Deo sentio.

XXI.

Est & misericordia. Sic & locis plus quam mille
Scripturæ cœlestis ille
Misericors dicitur :

Idcircò propriè dictam
Ibi virtutem depictam
A me non ambigitur.

Nec ſolùm quoad effectum,
Sed & quantum ad affectum
Eſt miſericordia :

Per quam Deus inclinatur,
Ut creati mulceatur
Plaſmatis miſeria.

Non cum Paſſione & ſenſibilitate.

In hoc tamen motu Dei
Nihil paſſionis ei
Aut doloris tribuas :

Sed perfectæ voluntatis,
Et potentis charitatis
Hunc in actu ſtatuas.

XXII.

Sanctitas Dei.

SED & voluntatis tantæ
Immutabiliter ſanctæ
Ea ſunt encomia :

Quòd eum inde diſcerno
Adhærentem ſempiterno
Iuri ſic per omnia :

Vt hujus vi ſanctitatis
A peccato libertatis
Plenæ ius obtineat.

Qua ſibimet adhærentem
Et ob ſe cuncta gerentem
Se ſemper exhibeat.

Hanc ipsi substantialem
Dic, plenam, essentialem
Infinitam stabilem:

Dic ad hanc nullam sanctorũ,
Quamvis magnam, creatorum
Æquari possibilem:

Quibus quidquid est virtutis
Hujus, verbis cense tutis
Sic accidentaliter;

Ut hinc solus sanctus Deus
A choro sacrato meus
Canatur veraciter.

XXIII.

Amor & charitas Dei.

At si testante scriptura,
Tam propria, tamque pura
Detur Deo sanctitas:

Numquid amor debet dari,
Cùm in eadem vocari
Uoluerit charitas?

Erga se ipsum.

In semet ergò perfectum
Suo cordi par objectum
Habens & primarium:

In creatis non motivum
Habet, sed terminativum
Atque secundarium.

Libertate eſſentiali
Se diligit, naturali
In motu non poſita:

At non à neceſſitate
In tam recta voluntate
Quæ dicatur diſſita.

Amat quoque creaturas
Tam præſentes, quam futuras
Contingenter liberè;

Ergà creaturas actuales & futuras.

Poſſibilia, iam ſcita
Neceſſariò, dic ita
Neceſſe diligere:

Ergà poſſibiles.

Ut ad hæc ſit amor ei,
Quem ſimplicis Duces mei
Vocant complacentiæ.

Eſt circa rationales
Creaturas, ſi reales,
Amor amicitiæ;

Ergà rationales.

Qui quidem æqualitatem
Non dicit, ſed charitatem
Fundat excellentia.

At quæ carent ratione,
Amatas à Deo pone
Sic concupiſcentia.

Et irrationales.

Ut eas nobis creatas
Et ad usum ordinatas
Nostrum velit Dominus;

Et nos quodammodò simus,
Amoris, quem Deo scimus
Ad has esse, terminus.

XXIV.

Cùm autem sit in confesso
Quod est de bono possesso
Gaudiũ. Ex affectu gaudium:

Deo semet possidente
Hoc do, summóque fruente
Ut bonorum omnium.

Est abominationis
Odium. Odium, aversionis
Et inimicitiæ:

Nam detestatur peccatum,
Odítque Deus ingratum
Auctorem nequitiæ.

Quæ virtutes in Dei voluntate ponenda. Tandem ibi dotes pone
Quæ sunt cum perfectione
Simpliciter simplici;

Quæ removenda. Quæ verò nobiscum manent,
Ut nos frænent, & nos sanent
Indè debent reiici.

Vndè, quæ bonæ ſunt verè
Deffectu nullo, manere
Dic ibi formaliter.

Et quomodò.

Alias quoad effectus
Non autem quoad affectus
Des, & virtualiter:

Et ſic Deo fortitudo
Non eſt vel manſuetudo
Realiter Phyſicè;

Sed has & ſimiles dotes
Ei tribuere potes
Tantum metaphoricè.

Earum autem fulgorem
Quæ vel parem vel majorem
Per ſe ſe reſpiciunt:

Ejus ſuprema Majeſtas,
Et infinita poteſtas
A Deo rejiciunt.

XXV.

De divina providentia.

Providere Deo dignum
Et curæ paternæ ſignum
In creata dicimus;

Quod & Patrum ratione
Firmum, de ſacro ſermone
Ex fide colligimus.

Est respectu omnium & singulorum.

At nec solùm in communi,
Sed & singulis, ut uni,
Sic providet entibus:

Ut, nedum præstantiorum,
Sed intentus viliorum
Sit necessitatibus.

Sicut ergò Deus cernit,
Cuncta, sic cunctis decernit
Finis sui media:

Ordinans cuicumque rei
Fines, quos præscripsit ei,
Dum daret initia.

Est major circa rationalia.

Scias autem, quòd nos talem
Dei curam, non æqualem
Pro cunctis asserimus:

Cujus effectus majores
In quibusdam, & minores
In aliis cernimus.

Et cùm supernaturales
Ad fines rationales
Creaturas ordinet:

Restat, quòd & potiorum
Eis viam mediorum
Præ cæteris destinet.

Item cùm tam animata,
Quàm, quæ non vivunt, creata
Sint ad uſum hominis:

Iſte ſollicitioris
Atque liberalioris
Curam ſentit Numinis.

Addo verò, fide certum,
Nihil eſſe, quod incertum
Sit huic providentiæ:

Eſt de omnibus creaturarum eventibus.

Nec ejus reſpectu fatum
Vllum eſſe, vel erratum
Cæcæ contingentiæ.

Idcircò debemus ſcire,
In mundo nil evenire,
Quòd Deum effugiat:

Nullum malum,nullum bonũ,
Quòd providentiæ ſonum
Fideli non faciat.

Eſt circa bona & circa mala.

Nam mala culpæ ſinendo,
Sic, ad fines dirigendo
Sibi notos, patitur:

Demùm quidquid hoc in mũdo
Ab agente fit ſecundo,
A primo diſponitur.

In actibus intellectus & voluntatis consistit.

Ex his autem patet satis,
Hîc adesse voluntatis
Actum & scientiam:

Et sic in Dei videre
Et in velle, sitam verè
Esse providentiam;

Quòd ibi tam intellectus
Lucet, quam cordis affectus
Panditur à Numine;

Formaliter in actu voluntatis.

Sed præcisè pro formali
Voluntas præsertim tali
Gloriatur germine.

XXVI.

De prædestinatione, & reprobatione. Pertinet ad providentiam.

Huius autem prouidentis,
Et creata dirigentis
Opus primum Domini

Est illud, per quod naturæ
Rationali futuræ
Vitæ aptantur termini.

Seu est illud magnum opus,
In quo metæ nostræ scopus
Ad vitam dirigitur:

Et per quod via labantis
Creaturæ, reprobantis
Irâ Dei clauditur.

Hæc

Hæc ergò, quæ Deo nota,
A nostro captu remota
Est prædestinatio:

Quid sit prædestinatio.

Solet beneficiorum
A Deo conferendorum
Dici præparatio:

Per quæ certò liberantur,
Quiqui per ea salvantur,
Quos electos dicimus;

In qua præparatione
Finem cum connexione
Ad media claudimus.

Dicit ordinationem ad gratiam & gloriam.

Sic ut finis intendatur
Gloria, sed disponatur
Ut medium gratia.

Et per hoc Decretum sanè
Certum, vis non fit humanæ
Libertatis saucia.

Ejus certitudo non aufert libertatem electorũ.

Cùm autem per nullum bonũ
Præcedens gratiæ donum
Quis mereri valeat:

Prædestinatio ad gratiam vocationis præcedit omne meritum.

Patet, quòd non meritorum
Ejus causâ prævisorum
Hoc electus habeat.

Dubitatur an electio ad gloriã sit ante, vel post prævisa merita.

At non ſic eſt ſine lite,
An ex meritis ad vitæ
Librum ſit electio:

Seu, an ad gloriæ thronum
Ante opus prævíſum bonum
Sit prædeſtinatio.

Seu adhuc an priùs Numen
Per mentis æternæ lumen
Merita præviderit:

Quam hunc & illum electum
Ad domus ſupernæ tectum
Venturum decreverit.

Ergò cum de auxiliante
Danda gratia ſit ante
Decretum quam merita:

Vt quæram, an & ſit ita
Præparata cœli vita,
En quæ mox ſunt poſita.

Problematicè deffenditur præ deſtinatio ad gloriam poſt præviſa merita.

XXVII.

De prædeſtinatione,
An ſit prior actione,
Vel ſubſequens hominis:

Me cogit incertitudo,
Ut clamem, ô altitudo
Secretorum Numinis.

Nam cùm indè mediorum
Ad finem ordinandorum
Apparear cumulus:

Scholæ Scoti, quæ concedit,
Quòd decretum antecedit
Evado Diſcipulus.

Et dico, quòd meritorum
Ut nos eligat, noſtrorum
Vim Deus non reſpicit;

Electio ad gloriā prior intentione.

Hoc tamen ſuum intentum
Per meritorum adventum
Exequendo conficit.

Merita priora executione

Unde ſibi pretioſos
Deſtinat & glorioſos
Voluntate libera:

Ut prior intentione
Finis, executione
Priora ſint opera.

XXVIII.

At cùm hinc clament dolentes
Non electi conquerentes
De tam duris partibus:

Deffendi poteſt prædeſtinatio ex prævîſis meritis.

Cùm cœli proponi ſedem
Legam cunctis ut mercedem,
Do primatum actibus.

Sic cùm noſtræ libertati
Atque Dei bonitati
Nil hinc tolli video ;

In ambage tanta rerum
Utrumque probari verum
Rectè poſſe cenſeo :

Et dico, quòd ordo Dei
Prædeſtinantis eſt mei
Sic ſupra vim capitis :

Vt decretum de ſalute
Præviſis præponam tutè,
Aut poſtponam meritis.

XXIX.

Reprobatio fit ex præviſis demeritis.

Deus autem ſic ſe gerit
In reprobando, quos ferit
Per vindictæ fulmina :

Ut, quia de ſuo bonus,
Ad nullius mortem pronus,
Reprobet poſt crimina.

Id eſt, quoſdam nec excludit
Poſitivè, nec includit
In libro viventium ;

Sed priuſquam ſic diſcernat
Hædos, iuſtum eſt, quòd cernat
Culpas delinquentium.

XXX.

Est potens Voluntas Dei
Ad agendum quidquid ei
Ab æterno placuit:

Et dico prophetæ zelo,
Quòd Deus noster in cælo
Fecit, quidquid voluit.

Deum esse omnipotentem est de fide.

Hoc quidem ex fide dico:
In prophano nam antiquo
Schola docto vetere,

Nunquam fuit tale lumen,
Quòd ita monstraret Numen
Omnipotens opere.

Omnipotentia, ut à nobis creditur, non constat ratione naturali.

Illud enim sic ligabant
Cum Causis, quas ordinabant
Sub ejus potentia:

Quod ad immoti motoris
Motum irent mota foris
Ad actum moventia.

Quid philosophi gentiles de ea senserint.

Sicque, cùm intra naturam
Vim Dei vellent mansuram
Nec liberam facerent:

Dextrâ, qua nos, hunc potenti
Non donarunt, cui volenti
Cuncta mox obtemperent.

Impossibilitas oritur ex repugnãtia rerũ, non ex aliqua Dei impotentia.

Ergò, si quid nequit esse:
Nil ei putes obesse
Ex deffectu Numinis:

Sed mente crede sincera,
Quòd illud tanquam chimera
Repugnat in terminis.

TRACTATVS III.

DE SANCTISSIMÆ Trinitatis Mysterio.

I.

Trinitas personarum in Deo est de fide. Et quòd illæ sint unus Deus.

CREDO, Deus summè bone,
Quòd in te sunt tres personæ
Distinctæ realiter;

Et quòd esse tribus idem
Est, agnoscens per fidem
Vnum Deum firmiter.

Objectio.

Nec dicat quis: quæ sunt uni
Tertio eadem communi
Sunt eadem invicem;

Hinc una tribus personis
Natura distinctionis
Ponit illis obicem.

Nam hoc in ente creato,
Do, non in illimitato
Et communicabili:

Cui nil perit unitatis
Ac perfectæ Trinitatis
Argumento fragili.

Sunt ergò distinctæ quidem
Personæ: nam licèt idem
Sint in neutro genere:

At non est in masculino
Idem cum patre divino
Natus per subsistere.

Id est, cum produci nemo
A se possit, hinc te premo,
O fautor Sabellii,

Si quis es, ut indè ponas
Distinctas esse personas
Patris, atque Filii.

Sed quia gaudent naturæ
Indivisæ pleno iure,
Hinc, Arri, convinceris:

Natum Patri coæqualem
Atque consubstantialem
Adhuc si negaveris.

Solutio.

Explicatur axioma: quæ sunt eadem uni tertio &c.

Explicatur ampliùs hæc unitas essentiæ, & Trinitas personarum.

Quod autem de Patre & Nato
Dico, dicas de ſpirato,
Macedoni, Flamine:

Quòd ſit perſona realis,
Et diſtincta, illis æqualis
In eodem Numine.

Seu mei ſenſus ſermonis
Eſt, quod his tribus perſonis
Sunt tres ſubſiſtentiæ:

Dogma tamen vult ſincerum
Vnum eſſe Deum verum
Vnius eſſentiæ.

II.

Trinitatis myſterium non eſt contra rationẽ creatam, licèt excedat eam.

Non eſt contra rationem,
Licèt ſuprà notionem
Noſtram Sancta Trinitas:
In rebus enim cauſatis
Sola quidem poteſtatis
Ex vi patet unitas:

In creaturis elucet veſtigiũ Trinitatis.

Trium tamen divinarum
Reperitur perſonarum
In illis veſtigium;
Unum, quippe, verum, bonum
Omne quod eſt, velut ſonum
Hunc dat auri mentium:

Eccè, quòd unius Dei
Supremi factoris mei
Ostendo potentiam:

Sed terna proprietate
Aliquam de Trinitate
Fero congruentiam.

Ejus & in nostra mente,
Prout actus exercente,
Habemus imaginem:

Et imago in anima rationali.

Quam ni monstret Dei manus,
Nunquam accedet prophanus
Ad tantam indaginem.

Quæ non est nota naturaliter.

III.

Hæc autem, quam totam sibi
Persona quælibet ibi
Arrogat essentiam:

Cùm non sit, velut natura
In creatis, cernens plura
Per indifferentiam:

Cùm ad nullum contrahatur
Sicut humanitas datur
Multis singularibus:

Essentia divina habet subsistentiam absolutam à relativis diversam.

Sed ex se determinata
Suis identificata
Insit hyposthasibus;

Indè recta mens est mea,
Quòd absolutam vim ea
Subsistendi teneat:

Per quam hæc, & singularis
In personis una, ut faris
O Scote, remaneat.

Nec propterea est quarta persona.

Nec tamen natura Dei
Ut quarta persona, mei
Ex vi dicti, sequitur:

Sed una natura in tribus personis.

Nam in tribus solùm danda,
Nec ultra communicanda,
Per se se concipitur.

IV.

Personæ proprietatibus relativis constituuntur.

PERSONAM proprietate,
Sic Patrem paternitate
Relativè dicimus:

Et per generationem
Natique productionem
Constitutum ducimus.

Nam cùm vis constituendi
Illi sit, cui distinguendi,
Indè debet argui,

Quòd eâ, qua distinguntur
Relatione, dicuntur
Personæ constitui.

Patet autem ex ſcripturis,
Quòd dum illæ notis puris
Perſonas multiplicant:

Eas ſemper relativis,
Vel activis, vel paſſivis,
Nominibus indicant.

At ſi de paterna durum
Relatione futurum
Tibi ſit hoc placitum:

Triplex fac munus illius,
Sic quòd conſtituat priùs
Patrem, ut ſuppoſitum:

Deindè quòd ſit Parentis,
Dum fœcundo ſine mentis
Natum gignit, actio:

Tandem, ut ad Verbum natum
Referatur correlatum,
Sit parenti ratio.

Sub triplici conceptu inadæquato poteſt concipi paternitas: ut Hypoſtaſis, ut & ratio activa, ut relatio gignentis ad genitum.

Dùm autem ſic eam capis,
Inadæquatè, ſi ſapis,
Dic illam te ſumere:

Nam una ſub entitate,
Hoc, ſi ſumas adæquatè,
Terno gaudet munere.

V.

In personis divinis sunt quatuor relationes originis.

In his personis habetur,
Quòd originis notetur
Quatruplex Relatio:

Est Paternitas, & Nati
Ut ad Parentem relati
Adest Filiatio:

Est illa, qua Genitorem
Et Natum, ut spiratorem,
Respicit Paraclytus:

Et illi scholis à bonis
Passivæ spirationis
Titulus est inditus,

E quibus tres proprietates constitutivæ sunt.

Hæque tres constitutivæ,
Censentur, & distinctivæ,
Ut supra retulimus:

Quibus in Parente & Nato,
Relatis nempè Spirato
Quartam adhuc addimus;

Quæ quia jam constituto
Advenit vtrique, puto
Neutrum constituere:

Et sic hæc constituendi
Personas, & distinguendi
Dum privatur munere:

Gignere, Gigni, Spirari
Affirmo, quòd petunt dari
Ut triplex proprietas:

Qua Pater, Verbum, & Flamē,
Unus cum ſint Deus, tamen
Sunt perfecta Trinitas.

At præter paternitatem
Dant innaſcibilitatem
In Patre Scholaſtici:

Quam quidem pro negativo:
Quodam, non pro poſitivo
Senſus tradunt Scotici;

Quæ dùm Patrem agnoſcendi,
Et a Nato diſcernendi
Ac Spiritu, eſt ratio:

Cum quadruplici notata
Relatione vocata
Eſt hinc quinta notio.

Et licèt Amor ſpiratus
Non poſſit vocari natus,
Non eſt innaſcibilis;

Ut damus Patri divino,
Qui deſignatur omninò,
Hinc improducibilis.

Nempè, paternitas ſeu generatio activa. Filiatio, ſeu generatio paſſiva. Et ſpiratio paſſiva.

Innaſcibilitas, & præallata quatuor relationes, ſunt quintuplex notio.

VI.

En binam hîc rationem
Qua circuminſeſſionem
In divinis ſentiam ;
Ob diſtinctionem harum
Realem , & perſonarum
Eamdem eſſentiam.
Quas conditiones binas
Præter perſonas divinas
Cum nullum ens habeat :

Datur circuminſeſſio realis divinarū perſonarum.

Dic circuminſeſſionis
Jus , præter quam his perſonis,
Quòd nemini maneat.

Iuxta quòd à Nato lego
Dictum: in Patre ſum ego,
Pater in me Filio :

Totum Verbum in Parente,
Hunc in Verbo , concinente
Cano cum Ambroſio.

VII.

Personis æqualitatem
Dans , naturæ identitatem ,
Ac ſimilitudinem ,
Reales relationes
Ob veras conditiones
Dic has timens neminem.

Inter perſonas divinas dantur relationes reales identitatis, æqualitatis & ſimilitudinis.

Sunt enim Perſonæ tales
Diſtinctæ, ſunt & reales:
Ergo ſe reſpectibus,

Ob reale fundamentum
Ad hos fundandos contentum,
Concernunt realibus.

At iſtis nec diſtinguendi
Munus,nec conſtituendi
Tribuendum dixeris:

Explicatur ordo earum & munus.

Sed perſonis aduenire
Conſtitutis hoc ſentire
Ordine debueris;

Ut & illa quæ Parentis
Eſt cum ſuæ Verbo mentis
Virtutis æqualitas,

Adueniat Genitori
In ſigno poſteriori
Quam ipſa Paternitas.

Et ea, quæ Generanti
Eſt ad Verbum, quæ ſpiranti
Et vtrique ad Spiritum:

Et viciſſim, quæ Spirato
Ad ſpirantes, & quæ Nato
Ad Patris ſuppoſitum;

Seu, inquam, ad producentem
Productæ ſe concernentem
Perſonæ relatio,

Vel è contrà, producentis
Productam reſpicientis
Referendi ratio

Hæc, nempè, perſonæ priùs
Cuique detur, & illius
Sit ſubſequens alia,

Quæ ſuppoſita naturæ
Unitatis uno jure
Nominat æqualia.

At dum dico, quòd ſequatur
Alia, non inde datur
Unam præexiſtere:

Sed hinc ordinem ſignamus,
Per quem illam debeamus
Huic præintelligere.

Proprietates relativæ formaliter ſumptæ ſunt non quãta ſeu non dicunt perfectionẽ.

VIII.

INFINITA ſimul Deo
In eodem plura meo
Diſtincta realiter

Hinc Scotus docet negare,
Quia putat implicare
Semet ipſis graviter.

Dicit enim mente recta,
Quòd infinitè perfecta
Hoc petit realitas,

Ut quovis à parte rei
Cum infinito ſit ei
Realis identitas.

Inſuper, ſi nil perfectum
Eſt in Patre, quo dilectum
Verbum non refulgeat:

Negabis paternitatem
Eſſe quantam entitatem,
Hac ſi Natus careat.

Dices: quòd, ut in Parente
Eſt hæc, ſic æquivalente
Ornatur & Genitus:

Occurritur replica.

Et alia non minori
Nato par & Genitori
Decoratur Spiritus.

At argumenti vis redit,
Ex nativo quæ procedit
Infiniti munere:

Quòd vi debet naturali
Identitate reali
Omne bonum claudere.

Adde quòd cum ſint diſtinctæ,
Nec identitate vinctæ,
Hinc ſequitur lucidè:

Quòd relationes unà
Simul ſumptæ tres plus una
Erunt bono gravidæ:

Id eſt, quòd magis valebunt
Tres, quam una, plus tenebunt
Tres perſonæ pretii,

Quam ſola Patris perſona,
Licèt infinitè bona,
Aut quèm ſola Filii

Realiter ſumptæ & cum eſſentia dicunt perfectionem.

Has ergò ſimul cum Deo
Sumptas colentes, cum eo
Infinitas dicimus;

Sed eas in ſpeciali,
Et in conceptu formali
Non quantas deffendimus.

Objectio.

Nec dicas: unius, veri,
Bonique nomen fateri
Omnis debet entitas:

Ergò ſi proprietates
Dici debent entitates,
Has perficit bonitas.

Non enim perfici pronum
Semper, quod eſt,ut ens,bonum
Scoti dogma recipit;

Reſpōſio.

Bonæ ſunt entitativè,
Eſto, non quidditativè,
Ergo nil has perficit.

Vel dic,quòd nō ſunt ens,quātū,
Cùm ens in obliquo tantùm
Sint & hypoſtaticum:

Neque ſunt ens principale,
Sed dant eſſe perſonale,
Et caracteriſticum.

I X.

Lege ſacram lectionem,
Videbis proceſſionem
In divinis duplicem:

In divinis dantur duæ productiones perſonales.

Vnam, qua per intellectum
Natum producit perfectum
Pater ſibi ſimilem.

Ille Patris eſt figura
Defæcata, ſimpex, pura
Vi nativi roboris:

Ille Patris facultatem
Semel exhaurit, ætatem
Antecedens temporis.

Filii Generatio, quæ.

Spiritus S. processio, quæ, non est generatio.

Est verò vi voluntatis
Ut spirantis facultatis
Ex vtroque Spiritus:

Ejuſdem licèt naturæ,
Hanc non habet ortus jure,
Datus, & non genitus.

X.

Filius procedit ex memoria fœcunda patris per actum notionalem, qui est dictio.

Ad ortum Verbi profundum
Sinum effundit fœcundum
Parentis memoria:

Quam in actus ſtatu primi
Specie ſui ſublimi
Fœcundat eſſentia.

Hic actus ad notionem,
Et ad Patris rationem
Singularem pertinet:

Actus essentialis intellectionis & amoris sunt communes tribus personis.

Ergò nil intelligendi
Tribus ſimul tribuendi
Actus in ſe continet.

Se qnidem Pater cognoſcit,
Sed eandem ſibi poſcit
Vim tribui Genitus:

Se Pater, & Verbum amant,
Sed iidem æſtus clamant
Tibi dari, Spiritus.

In Deo namque notatur,
Et hinc in triplici datur
Vis duplex ſuppoſito,

Operans eſſentiali
Improducto naturali
Actu ſemper poſito.

Per primam ſe comprehendit,
Per actum ſecundæ tendit
In amorem proprium:

Hos actus à tribus captos
Pater priùs ad ſe tractos
Servat, ut principium.

Sūt priùs origine in patre.

Priùs, inquam, non naturâ,
Nec per ſenectutis jura,
Sed tantùm origine:

Id eſt habens à ſe, Nato
Dat Pater, & ſunt ſpirato
Ab eis in Flamine.

Actus hi poſt ſe productum
Non linquunt ad intra fructum
Operanti Domino:

Imò ſi non idem eſſent,
Mens & Voluntas hos poſſent
Habere pro termino;

In creatis intellectio est verbum mentis.

Modo quo creatæ mentis
Actus ipſe cognoſcentis
Ejus verbum dicitur;

Cuius intellectionis
Nil eſt fœtus, dictionis
Ipſa finis noſcitur.

Ergò, cùm in Deo nactus
Sis ante fœtum hos actus
Et in tribus pariter:

Verbum dictione natum,
Productum ſpirando Flatum
Dic originaliter.

XI.

Actus eſſentiales ſunt naturâ priores notionalibus.

At dic intellectiòni
Et amori Dei boni,
Ut eſſentialibus,

Prioritatem naturæ
Eſſe dandam pleno jure
Præ notionalibus.

Vnde dictionem Nati,
Et ſpirationem dati
Productivam Flaminis,

Quia ſunt notionales,
Pone poſt eſſentiales
Inter actus Numinis.

Et Scoti ductus ſcintillis,
Dum hos diſcernes ab illis
Diſtingue formaliter:

Et ſi duas notiones
Eidem perſonæ dones,
Sic diſtingue pariter.

XII.

Ne quis autem hîc fallatur,
Magis adhuc declaratur
Verbi Generatio.

Perſonam dicit productam,
Sed non à non eſſe ductam,
Cum non ſit mutatio.

Et cùm Verbum Dei natum
Audis atque generatum
De Patris ſubſtantia:

Omne tollas imperfectum,
Nec enim putes effectum,
Nec cum dependentia,

Nec ex parte quadam entis
E ſinu ſumpta Parentis
Factum, velut hominem:

Sed ſignamus per hæc Nati,
Conſubſtantialitati
Dandam & originem.

Et diſtinguntur formaliter ab illis.

Sicut & duæ notiones in eadem perſona.

Explicatur ampliùs, quid dicendum de generatione verbi.

Non eſt mutatio.

Cum dicitur, Filius eſt de ſubſtãtia patris, innũntur conſubſtantialitas, & origo ejus à patre.

XIII.

Terminus totales Generationis est persona genita.

In illa productione
Productæ damus personæ
Totalis vim termini:

Hæc namque verè procedit,
Et est id, quod fides credit
Patris fœtum Domini.

Terminus formalis est essentia.

Quam autem virtus Parentis
Communicat Verbo mentis
Divinam essentiam,

Terminum dico formalem,
Ut hinc consubstantialem
Patri Natum sentiam.

Hoc est illud majus donum,
Supra bona cuncta bonum,
Quod Pater dat Filio,

Per quod hic est Deus verè
Ejusdem naturæ merè
Cum suo principio.

Filiatio est quoque aliquo modo terminus formalis.

Actus quoque personalis
Hic resultans, vt formalis
Terminus dignoscitur:

Ob quem in persona nata
A Patre communicata
Natura recipitur.

XIV.

VERùm divinæ naturæ
Actu ſuo per ſe puræ
Gravem fers injuriam :

Si cum Filiatione
Iungi compoſitione
Putes, vt materiam ;

De ſe namque manet ita
Hæc, ſimplex, & infinita,
Vt actum non exigat ;

Sed per vim infinitatis
Ipſum perſonalitatis
Actum ad ſe redigat.

Actus ergò ſunt hæc duo,
Quæ conceptu plena ſuo
Vult perſonæ ratio :

Eſt natura principalis
Actus, in qua perſonalis
Subſiſtit relatio:

Quæ, iuxta doctrinam bonam,
Non naturam, ſed perſonam
Vi ſua determinat :

Nam ad tres æquè tendentem,
Perſonis indifferentem
Nil naturam nominat.

Eſſentia non ſe habet Filiationi, ut materia.

Se habent ambæ ut duo actus, & quemodò.

XV.

Pater producit Verbum voluntariè.

AT quamvis per intellectum
Naturaliter dilectum
Pater gignat Filium:
Non vereor affirmare,
Patri tanto generare
Esse voluntarium:

Non solùm voluntate consequente generationem.

Non solùm quod complacenter
se habeat consequenter
Tanta prole genita:
Sicut olim Genitoris
Est vox testata Thaboris
Super culmen edita.

Sed aliquo modo antecedente.

Sed vult & antecedente
Voluntate, quam de mente
Scoti, sic colligimus,
Quòd actus essentiales
Ordine notionales
Præcedere discimus.

Quòd in Patre sint æterno,
Ut principio superno
Priores origine:
Et priùs intelligentem,
Et volentem, quam gignentem
Quodam signent ordine.

Nam quamvis ſciam concedi,
In ſigno quodam præcedi
Velle ab intelligere :

At velle , vt eſſentiale,
Præcedit , notionale
Cum ſit , Patris dicere.

Ergò cùm in hoc priori
Sit æterno Genitori
Productio cognita :

Hinc ſequitur evidenter ,
Ei quòd antecedenter
Eſt & illa volita.

Non idcircò,te ſeducas ,
Ut voluntatem deducas
Hinc Verbi principium :

Occurritur pravæ illationi.

Liberè nec imperatum
Actum putes , generatum
Quo dicimus Filium.

Nec ullam prioritatem
Aut poſterioritatem
Ponas exiſtentiæ :

Quænam ſit illa prioritas de qua hîc.

Sed eſt,quam mox explicamus,
Ordinis , ſeu quam vocamus
Præintelligentiæ.

XVI.

Spiritus Sanctus procedit per spirationem ex volũtate fœcunda spiratoris.

Vis autem ſpirandi munda,
E voluntate fœcunda
Spiratoris trahitur:

Dum ſub actus primi ſtatu
Immenſo iam plena flatu
A natura redditur.

Eius productio eſt libera & neceſſaria.

Spirat ſpirans libertate,
Sed ſumma neceſſitate,
Non naturæ pondere;

Amor ſummi ſummus eſſe
Boni debet, & neceſſe
Semper tamen liberè.

Id eſt, quòd cum voluntatis
Vigore ſic libertatis
Connexa ſit entitas:

Vt ipſa mox detruatur,
Ei ſi talis tollatur
Per quemquam activitas;

Cum tamen voluntas Dei
Recta ſit, non vacat ei
Summum bonum fugere:

Sed ſumma neceſſitate,
Salua ſemper libertate,
Tenetur appetere.

Vnde quidquid Attributo,
Ab hoc est ab intra, puto
Mente fretus scotica,

Quod, quidẽ non contingenter
Sed libertate libenter
Emanat intrinseca.

Libertate intrinseca, & essentialis quæ stat cum necessitate.

Nam benè nos Scotus monet,
Quòd nemo simul componet
Naturali liberum.

Posse tamen libertatem
Simul & necessitatem
Esse veram operum.

Et hinc noto, cur duarum
In diuinis personarum
Vtraque productio,

Quamvis similes natura
Ambas dicat, in scriptura
Non sit Generatio:

Cur inquam, Verbum, Parenti,
Vt simile producenti,
Censeatur genitum:

Et tamen natum negamus
Quem patri verbòque damus
Consimilem Spritum.

Ratio è Scoto cur productio Filii sit generatio, non vero ea Spiritus Sancti.

Hæc,inquam, disparitatis
Est causa, quòd libertatis
Est Flamen è gremio,

Et quod dat per naturalem
Dictionem Filialem
Ortum Pater Filio.

At Pater plus luce Solis,
Quòd ex se germanæ prolis
Hoc petit natiuitas:

Ut in ipsa Genitoris
Facultate sit vigoris
Summa naturalitas.

Ratio ejusdem veritatis ex D.T. affertur, & admittitur.

Et hoc est, quod sub diversis
Verbis hîc non controversis
Fertur ex Angelico:

Quòd partus intellectivus
Ex se sit similativus
Prolis ab intrinseco.

Docet enim, intellectum
Debere suum objectum
Mentis verbo dicere:

Seu rei notæ sinceram
Et expressione veram
Figuram elicere.

Et licèt imago talis
In nobis accidentalis,
Ut finitis prodeat;

Uult, quòd à Patre divino
Subſtantialis omninò,
Ut infinito,exeat.

Et hinc fit,quod hæc,vt Nato,
Similitudo Spirato
Non eſt per originem:

Quia voluntas objecti
Ex ſe formare dilecti
Non ſolet imaginem.

At cùm Spiritum de fide
Similem dicamus: vide,
Quòd hoc inde diſcimus:

Quòd quidquid a voluntate
Virtutis illimitatæ
Ab intra recolimus,

Præſertim, notante Scoto,
Cùm ſit à conatu toto:
Internæ potentiæ,

Id infinitum tenere
Nos obſtringit lumen veræ
Clarum conſequentiæ.

At cùm fides recta Deum
Unum dicat : inde meum
Cum fide stat placitum :

Quòd vos , ô Pater,& Nate :
Donatis Divinitate
Ipsâ vestra Spiritum.

XVII.

Spiritus S à Patre, & Filio procedit.

Ratio asserti.

SPIRANT una vi spirandi
Et actu communicandi
Pater atque Genitus :

Quibus est una natura,
Unaque voluntas pura ,
Virtus una penitùs.

Nam dum in signo priori
Verbum istud Genitori
Actu mentis oritur ,

In quo sacer oris Flatus
Per voluntatem spiratus
Hic non intelligitur ;

Cumque præter patrem esse,
Cuncta Patris, sit necesse
Filium accipere :

Restat eum productivam,
Flaminisque spirativam
Voluntatem sumere ;

Quæ cùm non intelligatur
Productum habens, cùm datur
A Parente Genito:

Patet, quòd Tu quoque, Nate,
Spirativa voluntate
Das esse Paraclito.

XVIII.

At hîc è stirpe Minorum
Sensus diversus Doctorum
Nodum quendam erigit.

Dubium an possint dici duo Spiratores, sicut duo Spirantes.

Scotus sic duos spirantes
Dici, sicut tres creantes
Personas, non ambigit.

At ut fides Creatores
Tres negat, sic Spiratores
Non vult ille geminos:

Et monstrat disparitate,
Quòd rectè pluralitate
Hos privavit terminos.

Certis enim dat pro normis,
Quòd tantùm multis ex formis
Sunt multa verbalia:

Ratio negandi ex Scoto.

At, cum una forma ponis,
Licèt cùm multis personis,
Plura participia.

Vndè cum Patris Natique
Sit una virtus, utrique
Verbale des unicum;

Opinio contraria S. Bonaventuræ. Si tamen tenes hunc ſenſum,
Non trahes ad hunc aſſenſum,
Doctorem Seraphicum.

Iſti quippe Spiratoris
Bini vox placet, erroris
Nec timet pericula.

Etſi non dicat in tali
Ratio affirmandi ex eodem. Creatores tres plurali,
Qui creavit ſæcula.

Nam obſervat, quòd eſt vni
Naturæ tribus communi
Creandi vis indita:

Quòd ad hoc eſſentiale
Munus nil notionale
Conferunt ſuppoſita.

Et ita tres creatores
Negat fides, ne vigores
Creandi multiplicet:

Et ne per hoc plures Deos
Apud inſanos & reos
Inferendos indicet.

At cùm Spirandi virtute
Deus ſumptus abſolutè,
Qua talis, non polleat;

Sed hac pro ſpiratione
Acceptus cum notione
Vim completam habeat:

Cùm ſit origo Spirato
A Patre ſimul, & Nato
Sumptis perſonaliter:

Hinc Sanctus Bonaventura
Spiratores vult ſecura
Voce duos fortiter.

X I X.

AT, in productis perſonis
Diverſæ proceſſionis
Cùm Origo ſplendeat:
Cùm Flamen per voluntatem,
Et Verbum per facultatem
Intellectus prodeat;

Si per impoſſibile Spiritus Sanctus non procederet à Filio, adhuc diſtingueretur ab illo.

Cùm hoc Patri referatur
Aliter, quam qui ſpiratur,
Hinc rectè deffendimus;

Quòd non Spiritũ hunc Sãctũ,
Eo quòd procedat, tantùm
A Verbo diſtinguimus.

Nam licèt hoc ita dato,
Quòd non ab æterni Nato
Spiritus procederet:

Se suo sat relativo
Distincto constitutivo
Ab illo secerneret.

Hîc autem benè notatur;
Quòd quamvis res supponatur
Prorsùs impossibilis:

Non tamen, quæ per se Nati
Personæ, vel quæ Spirati
Sit incompossibilis.

Nam hæc data fictione,
Sua Filiatione
Perseverat Genitus:

Et restat vis voluntatis
In Patre fœcunda satis,
Vt procedat Spiritus.

XX.

Pater nō est sapiēs sapientia genita, seu non intelligit Verbo.

Cum sapere sit in Deo
Attributum, quod in eo
Manat ab essentia

Indè nego Sapientem
Posse genita Parentem
Dici sapientia.

Seu nego cum Augustino,
Quòd isto Verbo divino
Genitor intelligat.

Lib. 1. retract, cap. 26. & 15. de Trinit. cap. 7.

Cum Verbum non sit Parentis
Forma, per quam suæ mentis
Vim in actum redigat.

At patet hunc abblativum
Formæ significativum
Esse, cujus munere.

Pater, ut essentiali
In principio vitali.
Nominetur sapere.

Pater intelligit intellectione essentiali tribus cõmuni.

Quamvis autem scholæ bonæ
Patrem intellectione
Cuncta nosce teneant:

Et affirment, quòd per talem
Virtutem essentialem
Ipsi cuncta pateant;

Et addant quòd est cunctarum
Rerum speculum visarum
Clarum in essentia,

In qua profundorum Dei
Arcanorum verax ei
Patefit scientia.

Dici potest, quòd pater intelligit in Verbo, & quomodo?

At esse dum hoc æterno
Ab intellectu paterno
Verbum gaudet genitum :
Et munus Verbi censetur,
Quòd ab hoc representetur
Omne mentis cognitum ;

Non errat à veritate ,
Qui dictum appropriatè
De Verbo non ambigit :

Quòd , ut in repræsentante,
In Verbo de se manante
Pater res intelligit.

Iuxta quod quidquid Beatis
In divinæ Majestatis
Monstratur essentia ,

In Verbo cerni narratur,
Cui virtus appropriatur
Representans omnia.

Hinc & istud Verbum mentis
Ars & idea Parentis
Censetur à patribus :

Hinc & Paulus vult creata
In Verbo , quæ sunt patrata
Increatis actibus.

Sic & verum eſt profectò
Appropriatè dilecto
Patrem Verbo dicere :

Pater dicit Verbo, & quomodo.

Id eſt Verbum generare,
Per quod nota declarare
Habet & exprimere.

Cur autem dicatur ritè,
Quod, quo dicit Verbo vitæ,
Pater non intelligit :

Ex eo, quòd ſupra certum
Oſtendi, nemo compertum
Diſcrimen non colligit :

Quòd in eo, quo Parentem
Suo quis intelligentem
Affirmaret Filio,

Videretur Patri clarè
Verbum aut per forma dare
Sive pro principio.

XXI.

Amare & eſſe idem in Deo realiter.

Quamvis amare ſit idem
In æterno verè quidem,
Quod & eſſe, Numine :
Et in hoc ſenſu ſupernus
Pater, & Natus æternus
Non ament ſe Flamine ;

In hoc ſenſu negatur Patrem & Filiũ diligere ſè Spiritu Sancto.

At suæ processionis
Ex vi, cùm & notionis
Id Spiritus habeat:

Admittitur tamẽ hac propositio, & in quo sensu.

Vt bonitatis amatæ,
Equidem appropriatè,
Amor dici valeat;

Restat, ut appropriato
Sensu Pater fertur Nato
Verbo nota dicere,

6. de Trinit. cap. 5.

Sic ferri post Augustinum
Patrem se & Natum divinum
Spiritu diligere.

XXIII.

TANDEM Patrem generare
Verbum, utrumque Spirare
Spiritum dum dixero:

At gignere verbo Nato
Patrem, utrumque Spirato
Spirare negavero.

Et sic, ut mens sana discit,
Pater dicit Verbum, dicit
Verbo, in Verbo intelligit:

Et pater cum Verbo tanto
Spirat Spiritum, quo saucto
Vterque se diligit.

XXIII.

Et quamvis ordine prius
Sit Verbum, quam Patri ipsius
Sint creata cognita :

Et sit persona Spiratæ
Necesse, sint & creata
Contingenter volita ;

At cùm Verbo approprietur,
Quòd per ipsum declaretur
Quidquid pater loquitur :

Sic quoque cum sit Spirati
Ut amor omnis amati
Sit vi, qua producitur ;

Verum est in sensu lato
Patrem Verbo de se Nato
Creaturas dicere :

Et dici potest utcumque,
Eas pariter utrumque
Flamine diligere.

In quo sensu possit dici Patrem dicere etiam creaturas Verbo.

Et Vtrûque diligere eas Spiritu Sancto.

XXIV.

At hic quærit mens Doctorũ
Ex cognitione quorum
Producatur Genitus ?

Et acri decertant ore
Ex quorum sanctus amore
Sit procedens Spiritus?

Ex quorum cognitione Verbum, & ex quorum amore Spiritus Sanctus procedãt.

Verùm cùm ex dictione,
Et non ex cognitione
Sit Verbi productio:

Cùm sit per actum spirandi
Et non par actum amandi
Flaminis processio;

Idcircò iuxta Scotistas
Ita quæstiones istas
Intitulant alii:

Cujus supponat objecti
Cognitionem dilecti
Productio Filii?

Et cujus amor amati
Processioni Spirati
Præsupponi debeat?

Quod ut ritè pertractemus,
Solùm de Verbo quæremus,
Quid Subtilis censeat.

Nam quorum cognitionem
Dicam generationem
Naturâ præcedere:

Spiritus processioni
Et amorem præsupponi
Horum debes dicere.

Sive quorum cognitio productioni Verbi, & quorum amor processioni Spiritus Sãcti præsuppon ãtur. Agitur hic tantùm de præsuppositione cognitiones respectu generationis Filii, idemque erit de præsuppositione amoris respectu processionis Spiritus Sãctus.

Hujus autem ſtabiliti
Si velis cauſam quæſiti
Iſtam poſſum reddere,

Quòd actus notionales
Dicantur eſſentiales
Actus præſupponere.

Petes ergò, dum Parentis
Eſt ab utero dicentis
Tanta Proles genita:

Utrum cognitio Dei
Comprehenſiva ſit ei
Ita præſuppoſita:

Et an in ſigno priori
Huic æterno Genitori
Sit talis ſcientia:

Ut in priori naturæ
Poſſibilis creaturæ
Præcedat notitia.

Pars hîc placet negativa:
Nec in hoc ſigno extenſiva
Cenſetur cognitio:

Sed, ſicut doctus concedit,
Vir, intenſiva præcedit
Dei comprehenſio;

Quæritur primò, an præſupponatur cognitio creaturarum poſſibiliũ. Concluſio ex negativa.

Fraſſen. tom. 1. tract. 3. diſp 1. art. 3. q. 2. cõcl. 1. n. 10.

Vid. mastr. in 1. disp. 7. q. 2.

Sic quòd in hoc ſigno detur
Comprehendi, quod habetur
In Deo formaliter:

Seu quidquid eſſentiale,
Et quidquid eſt perſonale
Ad intra totaliter.

Praeſupponitur cognitio eſſentiae, Attributorum & perſonarum.

Sic eſſentia cunctorum
Cum bonis Attributorum
Nota præſupponitur:

Item haberi trinarum
Cognitio perſonarum
Hic præintelligitur.

Quod quidem inde probatur,
Quia proceſſio datur
Verbo perfectiſſima:

Huic igitur præſupponi
Debet cognitio, poni
Quantùm poteſt optima

Sed talis eſt iam allata
Sic ad intra prædicata
Comprehendens Numinis:

Ergò debet talis dari,
Cùm non poſſit demonſtrari
Repugnans in terminis.

Dices, quòd in illo ſigno
Quo notitiam deſigno
Hanc Patris præcedere,

Objectio.

Non ſunt productæ perſonæ:
Has ergò cognitione
Nequit Pater capere,

Vel dumtaxat abſtractiva;
Non autem intuitiva,
Erit hæc cognitio.

Quod obſtamus, ne dicatur,
In Deo ne reponatur
Ab hinc imperfectio.

Ut hujus objectionis
Vim ſolvam, nunc de perſonis
Divinis hîc innuo.

Præſupponenda ſolutioni objectionis.

Dum eis prioritatem
Et poſterioritatem
Originis tribuo;

Quòd ſunt ſigna *à quibus* iſta
Non *in quibus*, quæ Scotiſta
Obſervat in Numine.

Prioritas originis in perſonis eſt à quo, non in quo.

Item dum eſſentiale
Prius quam notionale
Naturæ vult ordine:

Ordo naturæ inter essentialia & notionalia importat prioritatem intelligendi, *non* essendi.

Non prioritas essendi
Hæc est, sed intelligendi,
Quam in iis ponimus;

Nam simul æternitate,
Quidquid in Divinitate
Existit, asserimus.

Sic corde credo fideli,
Quòd nil est in Deo cœli
Prius aut posterius:

Omnia sunt simul in Deo duratione, & existentia.

Quòd nec Parens prior Nato,
Quod nec amore Spirato
Verbum est antiquius.

Et sic dum audis, priori
Quod in signo Genitori
Aliquid tribuitur:

Ex prioritate originis non infertur prioritas existentiæ

Quòd ipse cognitionem
Antè generationem
Verbi tenens dicitur;

Non putes à parte rei
Esse Patrem, quin sit ei
Coæternus Genitus:

Vel quòd in quodam instanti
Sit uterque, quin & Sancti
Sit persona Spiritus.

Sed cùm Genito priorem
Audis ſuo Genitorem,
Et utrumque Flamine:

Prioritas *à quo* datur
Producenti, qua dicatur
Sic prior origine.

Nec putes, quòd Attributa,
Quæ dicuntur abſoluta
Et eſſentialia.

Exiſtant in Deo priùs
Relativa quàm ipſius
Et notionalia.

Sed cùm audis præſupponi
His illa, nil dicas poni
Priùs exiſtentia:

Sed, ut benè notat Schola,
Hæc prioritas eſt ſola
Præintelligentia.

Hinc negatur antecedens
Argumenti cùm procedens
Fallaciter pateat:

Quòd iniqua paritate
Ab vna prioritate
Ad aliam tranſeat.

Neque ex prioritate naturæ eſſentialium præ notionalibus.

Quæ eſt prioritas intelligentiæ.

Reſponſio ad objectionem ſupra allatam.

Negatur Antecedens, eò quòd malè inferat prioritatem exiſtentiæ ex prioritatibus originis & naturæ ſupra explicatis.

Nam producentibus datur,
Quæ tantum *à quo*, vocatur,
Non *in quo*, prioritas;

Et, in productis perſonis
Hinc nulla durationis
Eſt poſterioritas.

Quæ adhuc hic magis explicantur.

Vndè cùm audis Parentem
Origine præcedentem,
Non debes arguere:

In originis priore
Exiſtente Genitore
Natum nòn exiſtere.

Sed tantum ſic debes fari
Hinc priorem nominari
Suo Patrem Filio:

Dum, vt ſint ſimul, neceſſe
Eſt, ab illo ſumit eſſe
Hic vt à principio.

Item, dum cognitionem
Ante generationem
Dico præſuppoſitam

Non facis ſequelam bonam
Inferens verbi perſonam
Tunc non eſſe genitam:

Nam,

Nam, ut dixi, non *essendi*
Sed tantùm *intelligendi*
Est præsuppositio:

Quam, ut quid essentiale,
Hæc supra notionale
Obtinet cognitio.

Quæ sic est intuitiva:
Quamvis enim sit motiva
Ad eam essentia;

Responsio ad aliam partem objectionis.

At terminus productarum
Supposita personarum
Sunt, ut existentia.

Cognitio præsupposita processionibus est intuitiva.

Nec instes, quòd ortu Nati
Si sit ejus & Spirati
Hæc prior cognitio:

Is sibi præsupponetur,
Ejusque Sancto trahetur
A Flatu processio.

Objectio.

Et quòd non solùm Parentis
Erit imago gignentis,
Sed & Sancti Spiritus:

Nam dici debet illius
Imago, quod notum priùs
Repræsentat Genitus.

Responsio. Hanc enim prioritatem
Iam anterioritatem
Negavi existentiæ:

Non sequitur propterea Verbum sibi præsupponi, aut procedere à se ipso. Sed præsuppositionem
Hanc ante processionem
Tribui notitiæ:

Iuxta quam hîc bene nota,
Quod terminatur ad nota
Priùs intellectio:

Quam bina concipiatur,
Quòd ad vllam terminatur
Personam productio.

Nec sequitur etiam, quòd Verbum procedat à Spiritu Sancto, & quòd sit imago illius. Hinc nego Verbum oriri
A Spiritu, vel sortiri
Illius imaginem:

Cùm imago sit & Natus.
Principij reputatus
Cui debet originem;

Sed hanc habet à Parente
Per actum mentis dicente
A quo verè gignitur:

Ergò verè Patris tanti
Verbum imago, non Sancti
Spiritus, asseritur.

Adde quòd Flamen objectum
Non eſt movens intellectum
Patris ad notitiam :

Formatur reſponſio.

Sed tantum terminativum
Eſt illius , & motivum
Dicimus eſſentiam ;

Quam cùm perſona Parentis
Habeat à ſe , non mentis
A Verbo, nec Flamine :

Carent hæ duæ perſonæ
Principii ratione
In hac Verbi origine.

XXV.

Nuncautem magis compertum
Ut reddas iſtud aſſertum
Scotiſtarum omnium :

Proponitur iterùm, & probatur cognitionẽ creaturarum poſſibiliũ non præſupponi productioni Verbi.

Quo negant proceſſioni
Notitiam præſupponi
Rerum poſſibilium:

Dic , quòd quamvis ſit neceſſe
Poſſibile quodquod eſſe
In quantùm poſſibile :

Iuſta tamen paritate
Non eſt cum neceſſitate
Verbi comparabile.

Prima probatio.

Necessitas Verbi est major, quam possibilium, qualium. Et iis sublatis, esset Verbum. Secundò, quia Pater priùs naturâ cognoscit essentiam cum Attributis, & personis quam creaturas possibiles, & hæc cognitio est sufficiens, ut dicatur Verbo præsupponi cognitio perfectissima.

In esse nam actuali,
Necessitas Verbo tali
Est tanta simpliciter:

Quòd ente quovis sublato
Alio, vel & mutato,
Se non habet aliter.

Ergò si necesse minus
Esse, quàm Natus divinus
Possibile pateat:

Præcedi processionem
Verbi, per cognitionem
Horum, quid suadeat?

Item, cùm priùs naturâ
Parenti, quam creatura
Nota sit essentia:

Et cum hac perfectionum,
Nec non & relationum
Sit ei notitia;

Restat, quòd in hoc priori
Sat est, vt sit Genitori
Ista comprehensio:

Vt Verbi processioni
Afferatur præsupponi
Perfecta cognitio.

Nam ad terminum perfectum
Infinitè, vel objectum
Motio primarium

Personæ pertinent ad objectũ Dei primarium, & sunt infinitæ.

Priùs naturâ putatur,
Quam ad finitum quæ datur
Et ad secundarium.

Creatura possibilis sunt secundarium & finitum.

Et primum & infinitum
Objectum nequit finitum
Sibi præexigere:

Sic nec possibile priùs
Notum, quam Patris istius
Supponatur gignere.

Nec Dei cognitionem
Per nostram positionem
Idcircò dividimus.

Occurritur objectioni.

Nec per signa rationis
Discrimen durationis
Ullum ibi ponimus.

Per ordinem inter cognita non dividitur cognitio divina.

Nec ego iam contradico
Iis, quibus supra dico
Obseruationibus.

Essentialia in Deo
Naturâ priora meo
Præ notitionalibus:

Occuritur objectioni.

Essentialia ad intra praecedūt notionalia. Haec verò praecedunt illa sumpta cum respectu ad extra.

Nam haec prioritas data
Est, cum ad intra spectata
Sunt essentialia;

Si tamen considerentur
Ut ad extra, sic censentur
Post notionalia.

Sic, licet essentiale
Quid sit possibile tale
Attingens cognitio:

At hanc ad extra tendentem
Non supponit praecedentem
Filii processio.

Objectio.

Nec dicas: in hoc priori
Signo nota Genitori
Est omnipotentia:

Ergò quoque terminorum
Possibilium cunctorum
Est ei scientia.

Respōsio Cognitâ omnipotentiâ in primo signo cognoscuntur virtualiter possibilia.

Nam in hoc signo necesse
Non est, omnes notos esse
Effectus formaliter:

Sed hoc pro signo sat puto
Ex comprehenso Attributo
Nosci virtualiter.

Dices: si Verbum cunctorum *Objectio.*
Expressivum est notorum
A Dei scientia:

Si per illud exprimantur
Cunctæ, quæ repreſentantur
Res in hac essentia;

Debet quoque creaturas
Possibiles & futuras
Cognitas exprimere:

Et ad hanc expressionem
Oportet cognitionem
Earum præcedere.

His responsum hoc assigno, *Respōsio.*
Quod Verbum illo pro signo
Repræsentat omnia,

Pro quo nempè cognoscũtur,
Et ordine, quo dicuntur
In Dei notitia.

Cùm ergò posteriori
In signo, non in priori,
Noscatur possibile:

In posteriore instanti
Verbi expressione tanti
Est repreſentabile.

Verbum est expressivũ omnium repreſentabilium, sed pro illo instanti, quo repræsentabilia sũt, non antè.

Nam infinitè perfectum
Verbum æterno dilectum
Cùm à Patre prodeat :

Non poteſt negari tutè,
Quin infinita virtute
Exprimendi polleat ;

Ita, quòd repreſentare
Poſſit unumquodque clarè,
Cùm eſt exprimibile :

Et illa prioritate,
Aut poſterioritate
Qua ſit declarabile.

XXVI.

Statuitur & firmatur à fortiori, creaturarum futurarum & actualium cognitionem non præſupponi processioni Verbi.

DEMUM, quod à me Negatum,
Et argumentis firmatum
Eſt de poſſibilibus :

Num multò magis futuris
Negandum de creaturis
Eſt & actualibus ?

Namque, præter rationes
Latas, hinc probationes :
Sumo, quòd ſunt termini

Limitati, contingentes,
A libera dependentes
Voluntate Domini.

Vnde cognitio Dei
Licèt revera ſit mei
In ſe neceſſaria:

Libera terminativè
Dicitur, & objectivè
Per objecta talia.

Ergò ſicut & adeſſe
Hæc potuit, & abeſſe
Futuri cognitio,

Objecto nimirùm ei
Si non eſſet data Dei
Iuſſu futuritio:

Qui putat cognitionem
Futurorum dictionem
Filii præcedere:

Is in abſurdum impingens
Cogetur Verbum contingens
Pariter aſſerere;

Ita quòd, eâ non datâ
Cognitione, ſublata
Eſſet generatio:

Et, illorum ſi deeſſet
Amor prævius, non eſſet
Spiritus proceſſio.

Quia illa ſunt contingentes, & ſcientia de iis eſt objectivè cõtingens.

Et ſic productio Filii non debet ab earum cognitione ullo modo dependere.

Neque proceſſio Spiritus S, ab earum amore.

XXVII.

Missio in divinis indicat processionem personæ missæ, non dependentiam.

Cum audis personas mitti,
Nil in illarum remitti
Putes excellentia:

Nam ordo processionis
In missis patet personis,
Sed non dependentia.

Natus est à Generante,
Et ab uroque Spirante
Missus Sanctus Spiritus.

Pater, cùm non generetur,
Nec per aliquem spiretur
Mitti nequit cœlitùs.

Et quanquam is possit verè
Per effectum apparere
Creatum si lubeat:

Non tamen missus dicetur,
Cum nulla persona detur,
Esse per quam habeat.

XXVIII.

Quid sit missio.

Præterea missionem
Dic manifestationem
Personæ, quæ mittitur:

Et ad qua sit.

Dum donum Spirituale
Vel sensum tangens reale
In creatis agitur.

Sic mitti fertur persona
Vel ad gratiarum dona
Nec tunc visibiliter:

Quotuplex.

Vel quoque signo patenti
Exteriùs apparenti
Mitti sensibiliter.

Et nota, quòd patens talis
Quædam est substantialis,
Ut est Incarnatio.

Altera ad repræsentandum
Et ad quoddam designandum,
Vt Columbæ visio.

Sic quòd debemus tenere
Quòd Verbum est homo verè
Et substantialiter:

At non columba nec ignis
Est Flamen, visus sub signis
istis mirabiliter.

XXIX.

Præter autem personarum
Illa notificandarum
Prædicata propria:

De nominibus appropriatis divinis personis.

Quædam sunt, vni quæ licet
Appropriare, sint licèt
Omnibus communia.

Nam quamvis essentiale
Sit & non notionale
Quod sic attribuitur.

Huius attributionis
Licet usus, quo Personis
Nil aliis rapitur.

Nec est expers fundamenti
Quæ potestatem Parenti
Dat appropriatio:

Est enim proprietatis
Ejus, atque potestatis
Aliqua cognatio;

Cum enim hic aliorum
Respectu suppositorum
Sit fons, & principium

Omnipotentis hinc ei
Do nomen, à parte rei
Quamvis tribus proprium.

Sic quia per intellectum
Procedit Verbum, hinc rectum
Scholæ vult sententia,

Quòd approprietur uni,
Ad tres quæ jure communi
Spectat sapientia.

Ita, cùm sit voluntatis
Amor, in appropriatis
continetur Flaminis:

Quamvis amare sit quidem
Essentiale quid, idem
Et cum esse Numinis.

XXX.

Ergo quæ vi notionis
In quaqua persona ponis
Hoc dic ei proprium;

Quomodò discernenda propria ab appropriatis.

Ut cum secundam Parentis
Appellas Verbum gignentis,
Imaginem, Filium.

Quæ verò cognatione
Ad notionem personæ
Sola quadam pertinent:

Hæc dicas appropriata,
Ad quæ, licèt uni data,
Tres tamen ius retinent.

Sic quædam appropriari
Solita Parenti, dari
Audimus Spiritui;

Item & Solita Nato
Appropriari, Spirato
Discimus attribui.

Sic enim nobis, ut mundi
Simus, hunc petens infundi
Spiritum Ecclesia :

Sapientia creatos
Nos ejus, & gubernatos
Dicit providentia.

CVRSVS THEOLOGICI

PARS SECUNDA.

DE DEO CREATORE & Creatione rerum.

DE ANGELIS.

Et de Hominis Formatione & lapſu.

TRACTATVS IV.

I.

CREDO Deum Creatorem,
Et verum mundi factorem
Nulla parte prævia :

Deum eſſe creatorem omnium eſt de fide.

Actus enim creativus
Eſt è nihil productivus
Et abſque materia.

II.

Creaturam esse creatricē repugnat.

CREATURÆ vim creandi.
Repugnare motus grandi.
Ratione teneo:

Quòd actus tam excellentis
Causam influxus potentis
Infinitè censeo.

Vndè cùm divinitatem
Et Patris æqualitatem
Verbo tollit Arrius,

Vrgent Patres: qui per fidem
Creator habetur, idem
Deus nitet Filius.

III.

Opera Dei ad extra sunt indivisa.

DIC autem, & dices verè:
Tres personas vi pollere
Ad creandum unica:

Sic ut quidquid agunt foris
Vnius opus vigoris
Fides tradat cælica.

Et sic tres personæ divinæ sūt unus creator.

Ex quo Deus agens extra
Ut unus agit, cùm dextra
Una sit in Numine:

Ut unus dat rebus esse,
Nec Pater causa quit esse
Sine Nato & Flamine.

Et licèt ſint tres perſonæ,
Tres creatores non pone,
Cùm ſit una dextera:

Sed indiviſa creandi
Sunt, & ad extra cauſandi
Tribus ſimul opera.

I V.

PRimum opus Summi Dei
Dignum caput omnis rei
Et viarum Domini:

De Angelis.

In cælo quondam formatos
Spiritus mente dotatos
Huic præfigo limini.

Ergò choros Angelorum
Et carne non indigorum
Completorum entium

Probo, non tam ratione,
Quam certa deductione
Per ſacrum eloquium.

Eſſe Angelos eſt de fide.

Et cùm ſint actus completi
Et eſſe carni concreti
Informando nequeant:

Hinc affirmo, quòd noſtrarū
Non eandem animarum
Speciem obtineant.

Diſtinguuntur ſpecie ab anima rationali.

Multa sunt eorum species.

Imò dico quòd naturæ
Spiritalis creaturæ
Laus & decor exigant :

Vt non in una conclusi
Sint specie , sed diffusi
In plures se redigant

Imò fortè sunt illorum
Plures quam corporeorum
Quas miramur generum :

Ut tanta varietate
Tantorum laus crescat latè
Patratoris operum.

V.

Et ipsos plures esse in eadem specie, solo numero distinctos probabilius est.

At unà multos includi
Posse , valet hinc concludi
In specie Spiritus :

Quod nil extra Deum bonum
Sit per naturale donum
Singulare primitùs ;

Nulla natura præter divinā, est de se Hac, & immultiplicabilis.

Quòd aptum multiplicari
Sit , quod natum est creari
A Dei potentia :

Nec à lege fit communis
Ille naturæ communis ,
Qui caret materia.

Nec te tangat Stagirita,
Cùm primum Motorem ità
Unum ex hinc afferit:

Occurritur objectioni.

Quòd in immateriali
Pro pluralitate tali
Radicem non reperit.

Nam, quam in primo Motore
Sapienti negat ore
Generis materiam,

In Deo non est materia metaphysica id est genus.

Ego tanquam in creatis,
Finitis, & limitatis
Angelis reperiam.

At est in Angelis.

Ex quo, licèt non moventes
Senfum noftrum, cùm carentes
Sint fubjecto Phyfico:

Habebunt multiplicari
Ex fubjecto, quo donari
Patent metaphyfico.

Ergò cùm hæc multitudo
Non repugnet, nunc concludo
Ex eodem munere:

Vnam fpeciem multorum
Verum individuorum
Numerum includere.

VI.

Angeli non habuerunt à principio suæ creationis omnium rerum species infusas.

Hi trium Hierarchiarum,
Novem choros in earum
Componentes gremio.

Se per se vident, sed mentes
Non habent cuncta callentes
Ab ortus initio;

Nam patet, quòd cæli cives
Lumen non habent tam dives,
Ut non possint discere:

Quia multa de novo didicerunt.

Cum illos à Christi Sponsa
Alta scivisse responsa
Sciam Paulum dicere.

Ergo cunctorum infusas
Et intellectu reclusas
Non habent imagines:

Nec habuerunt speciem universalem plura repræsentantem.

Nec formam universalem
Multas ex se virtualem
Ad similitudines;

Nec imago talis datur.
Quæ tam plena censeatur
Ut multis emineat:

Quia talis species nequit esse.

Quælibet est sibi satis,
Nec dari quit in creatis,
Quæ sic plures valeat.

VII.

Si dumtaxat perpendantur
Verba, quæ scripturæ fantur
De Secretis cordium:

Quod Deus hæc penetrare
Solus possit, voces claræ
Nullum sinent dubium.

Et idcircò deffendetur,
Quod Angelis non debetur
Ex naturæ viribus:

Ut illa cernant secreta,
Nobis inuitis, decreta
Quæ manent in cordibus.

Et certè loca scripturæ
Supra vires creaturæ
Id signant Angelicæ:

Nec recurrunt ad negatum
Dei concursum, velatum
Ut cor sit hoc obice.

Videtur colligi ex scriptura Angelos naturali sua virtute non posse secreta cordium penetrare.

Verùm si quis rationes
Libret, cogitationes
Eis dicet pervias:

Nec est ulla naturalis,
Cui vis sit probandi talis,
Ut convincat invias.

Rationes tamen desunt ad hoc probandum.

Nec apparet, quòd humana,
Aut creata mens arcana
Sua possit tegere:

Nec patet, vndè libertas
Possit Angelis opertas
Cordis proles reddere.

Imò ratio videtur oppositum convincere.

Cogitatus namque tales
Vim habent, cum sint reales
Entis cognoscibilis:

Habentque proportionem
Ad causandam motionem
Objecti visibilis.

Hinc videtur, quòd facultas
Est in illis, ut occultas
Voluntates videant,

Modò divinum concursum
Ad earundem occursum
sublatum non habeant.

Deferendum scripturæ, nisi commodè explicari.

Undè, qui sic reputabit,
Cautè priùs observabit,
Num scripturæ vocibus,

Quæ videntur hoc negare,
Possit satis obviare
His solutionibus.

Cordis diſtinctus ſcrutator
Et renes probans Creator,
Tanquam iudex, dicitur:

Uel quòd rem independenter
Scit, ac magis evidenter
Quam cor, ex quo gignitur.

Vel quoque de facto pone,
Quòd, ex ordinatione
Suæ providentiæ,

Non concurrit, ut ſic notus,
Dæmoni ſaltem, ſit motus
Noſtræ conſcientiæ.

VIII.

IN loco diffinitiuè
Non autem circumſcriptivè
Continentur Spiritus:

De loco Angelorum.

Id eſt, dum eſſe dicuntur
Hîc non illic, non clauduntur
Ut corporum ambitus:

Sunt diffinitivè in eo.

Ità quòd commenſurari
Loco poſſint, & æquari
Per menſuras partium:

Nam patet, corporeorum
Hunc naturæ locatorum
Eſſe ſitum proprium.

In locis sunt ergò verè,
Et ita sunt, quòd manere
Dicantur realiter:

Et sint hîc, illic vel ibi,
Licèt verè circumscribi
Non possint localiter.

At omnis expertes partis
Possunt suæ per vim artis
Loco poni minimo:

Sed propter finitas vires
In loco malè sentires
Esse posse maximo.

Adde, non hos loco poni
Ex hoc quòd dent actioni
Transeunti dexteram:

Nam in cœlo sunt manentes,
Nullam licèt sint agentes
Transeuntem operam.

Et certè prius censetur
Res in loco, quam putetur
Ibi quidquam agere:

Licèt indè se præsentem
Loco monstret, dum agentem
Se facit cognoscere.

Possunt naturaliter esse in loco quãtumcumque parvo.

Sed non in quantumcumque magno.

Non sunt in loco per operationem transeuntem.

Præsentia in loco, præsupponitur operationi, & colligitur tantùm ex ea.

DÆMON

I X.

DÆMON, qui jobum tentavit
Continui vim probavit
Motus in Spiritibus.

Angeli movētur motu cōtinuo successivo.

Successivè dum transiret,
Per terram, ut irretiret
Suis mundum fraudibus.

Sed ô quot difficultates,
Quot vocum obscuritates
Hæc generat quæstio:

Tanguntur difficultates, quæ ibi exurgūt.

Dum intra palestram scholæ
Fit argumentorum mole
Ejus resolutio.

Ibi recensita vides,
Quæ de lineis Euclides,
Et de punctis docuit:

Quæ de punctis Zeno inflatis,
Quæ de partibus ligatis
Stagiritata voluit.

Mox ad puncti paritatem
Indivisibilitatem
Tradentes spirituum;

Hinc eis successionem
Et continuationem
Negant dari motuum.

Sed ut paucis hîc resoluas
Quid dicendum, nec involuas
Temet tot ambagibus:

Modi, quibus potest Angelus concipi esse dum movetur.

Dic, quòd licèt Angelorum
Entitas sine membrorum
Sit dimensionibus:

Possunt tamen sic diffundi,
Ut in certa parte mundi
Locum quemdam habeant:

Primus modus.

Et sic, ut pandam exemplo,
Vnus, aut plures in templo
Toto sic remaneant.

At in hoc casu potentes
Sunt quidem hinc recedentes
Aliò divertere:

Et per successiuum motum
Partem post partem, vel totum
Templum derelinquere.

Alius modus.

Quòd si se diffusione
Omni privent, statione
Sub indivisibili,

Et ad punctum reducantur:
Quomodo tunc moveantur,
Sic pandam à simili.

Dicam ergò, quòd perfectò
Ut in plano motu rectò
Corpus pergens sphœricum,

Si planum percurrat cunctum,
Lineam signat per punctum
Tangens illud lubricum.

Nec tamen ita signata
Linea punctis formata
Est tantum, sed partibus:

Ut hinc cogamur fateri
Ad continuò moveri
Uim indiuisibilibus.

Ita dicamus a pari,
Quòd debeant affirmari
Angeli sic mobiles:

Quòd contrarium ad motum
Apti sint, quamvis per totum
Sint indivisibiles.

Uerum, quod est magis certum
Et juxta fidem apertum
Ex scripturæ vocibus,

Quid de mot. Angeli magis certũ.

Est, quòd Angeli de polo
Sæpè descendunt, vt solo
Suis prosint actibus;

Quòd hinc & inde moventur
Et in motu non tenentur
Gravitate corporum;

Quòdque per motum ad extra
Quorum capax eis dextra
Sit, ostendunt, roborum.

Reliqua sunt nobis satis dubia.

Sed quo moveantur gressu
Quovè ferantur accessu
Ad localem terminum:

Ego puto, quòd hoc fari
Non potest, vbi nil clari
Mens inuenit hominum.

Quomodo possint moveri in instãti.

Demum ad successionem
Motuum occasionem
Duo gignunt capita;

Vel quòd in hoc quòd movetur
Divisibilitas detur,
Vel loca sint dissita;

Ergò, cùm impedimentum
Primum negemus inventum
Apud istos Spiritus,

Ad locũ indistantem.

Illis vacat in instanti
A spatio non distanti
Ad aliud transitus.

Sic qui per diffusionem
Hujus aulæ mansionem
Occuparet mediam,

Posset in uno momento
Pro sui cordis intento
Ferri mox ad aliam.

Quidquid autem sit, an ita
Ad loca discretè sita
Se possint traducere:

At loci successionem
Mediique junctionem
Non valent infringere.

Seu quantumvis pergant citò,
Non possunt impertransito
Finem ire medio:

Solius manus divinæ
Est ut medii cum fine
Non obstet successio.

Non resolvitur an ita ad locum distantẽ.

Non tamen impertransito medio moveri ad terminũ possunt.

X.

Æ v o per se mensurantur,
Nec durationes dantur
Eis divisibiles:

Habent enim totum esse
Suum simul, nec deesse
Motu possunt stabiles.

Mensurantur ævo.

Et eorum operationes transeuntes mensurantur tempore.

At quod agunt transeundo,
Et ad extra quod in mundo
Suo ponunt robore:

Cùm sit quid accidentale
Et successivum, dic tale
Mensurari tempore.

XI.

Tres morulæ distingũtur à creatione usque ad terminũ viæ Angelorum.

ANTE lapsum malignorum
Et mercedem beatorum
Tres moras aspicimus.

In prima naturam dari
Et gratiam concreari
Cum subtili dicimus.

Hac boni berè sunt vsi,
Et perversi sunt abusi
Per amorem pessimum:

In secunda mora boni
Sumpserunt augmentum doni
Ob amorem optimum:

Et mali perseverantes
Inventi sunt & peccantes
Absque pœnitentia.

Tandem boni coronati
Et mali sunt deputati
Ad stagna serventia.

Qui verò creationis
In puncto vis hos coronis
Aptos jure meriti :

Pari potes argumento
Illo censere momento
Capaces demeriti.

Nam idcircò meruissent,
Quia statim emisissent
Cordis actum liberi ?

Ergò propter libertatem
Aptam pravo facultatem
Habuissent operi.

Si in primo creationis instanti potuerunt mereri : ita & demereri, quia ad utrũque liberi.

XII.

MALE se Dæmon amavit
Idcircò primò peccavit
Mentali luxuria :

Inde se coæquans Deo
Actu consummató reo
Peccavit superbia.

At adhuc si malè velit,
Hoc tamen indè non venit
Quod mens sit immobilis :

Vel quòd voluntas perversa,
Sic à bono sit aversa,
Ut sit inflexibilis :

Primum malum Angelorum peccatum fuit luxuria Spiritualis.

Obstinatio eorum non provenit ex intrinseca inflexibilitate eorum

Sed est, quòd cùm pervicaci
Mente sit, & efficaci
Motu Dei careat:

Cùm Deus eum movere
Nolit, nec ipse parere:
En cur pravus maneat.

XIII.

Dum sibi corpus efformat,
Angelus, id non informat,
Sed assistit taliter:

Ut nec possit manducare:
Nec cibos in hoc mutare,
Nec agat vitaliter.

Angelus in corpore assumpto non exercet operationes vitales.

Sic ille qui ductor viæ
Raphaël olim Tobiæ
Visus est comedere:

At non verè comedebat:
Quia de cibi vivebat
Spiritalis munere.

XIV.

Primus chorus in sequentem,
Et hic quoque suam mentem
Traducit in proximos;

Qui nos ad regna polorum
Chorus ducit Angelorum,
Hanc ad nos fert ultimos.

Illuminatio Angelorum inferiorum à superioribus.

Sanctus Areopagita
Testatur, quòd hoc est ita:
Nos post ipsum dicimus;

Docet quoque quòd loquũtur, *Et locutio mutua.*
Sed modum, quò transfundũtur
Verba, non cognoscimus.

Et certè patet, quòd mentis
Sit expressio latentis
Unius ad alium:

Sed difficultatis nodo *Locutio Angelorum quomodo fiat.*
Non caret, quo fiat modò
Hoc mentis indicium.

A quibusdam affirmatur,
Quòd unus alteri fatur,
Et arcanum exprimit:

Quandò speciem patentem
Sui conceptus in mentem
Audientis imprimit.

Sunt, qui penetrationem,
Et intimam junctionem
Entitatum exigant:

Ut Angeli, quàm loquendi
Clam habent & audiendi
Vim in actum redigant.

XV.

Angeli custodes.

RESTAT tandem Angelorum
Ut his finem Beatorum
Imponat custodia:

Ad quam eos destinavit,
Quæ nostras vias præcavit
Dei providentia.

Sic ne quem scandalizemus,
Nec coram fratre peccemus,
Monet prima veritas:

Namque videt vultum Patris
Angelus qui nostri fratris
Cunctas regit semitas.

XVI.

De opere sex dierum seu de creatione mundi visibilis.

VIX ab annis bis ter mille
Dei manu mundus ille,
Quem miramur, exiit.

Prima die, tenebroso
Nihili cunctis exoso
Lux è sinu, prodiit.

Opus primæ diei. Secundæ. Tertiæ.

Secundæ dat complementum
Illud vastum firmamentum
Quod cernimus oculis.

Tertia terram detexit,
Hancque mare circumtexit
Paratum naviculis.

Quarta Solem dedit polo
Et Lunam, ut præsint solo
Diebus, & noctibus.

Quarta.

Quinta replent terram feræ,
Aves aquam tenuere,
Datur aqua piscibus.

Quinta.

Sexta die Vir è limo,
Et è viri costa primò
Virago producitur.

Sexta.

Septima tandem in luce
Exemplo Factoris duce
Sabbatum statuitur.

Septima.

Ergò simul res creatæ
Non sunt illa simultate,
Quæ momentum indicat:

Sed quæ continuitatem,
Et successus unitatem
Non discretam explicat.

Mundus non fuit creatus in instāti sed contin. & sine interruptione.

XVII.

Has inter homo decoris
Plus accepit, Creatoris
Factus ad imaginem:

Non in corpore quod perit,
Sed in anima, quæ gerit
Hanc similitudinem.

Homo creatus ad imaginem & similitudinem Dei.

Ergò, cùm meritum cœli
Tunc non fuisset Abeli,
Quàm Adæ faciliùs,

Si fuit pater probatus,
Probatione tentatus
Fuisset & filius.

XX.

Dubium, an iidem qui nunc sunt prædestinati, soli nati essent in statu innocentiæ.

An autem prædestinati
Qui nunc sunt, iidem nati
Fuissent, non alii?

Ut videtur innuisse
Scotus, & Magni traxisse
Ex dictis Gregorii:

S. Gregor 4. moral. cap. 36.

Scot. in 2. dist. 20. q. 2.

Puto quidem nihil certum
In re tanta, nec apertum
In tanta caligine;

De prædestinationis
Modo, vel electionis
Cùm nil constet ordine.

Unde sat est, si damnandos
Nullos dicam, sed donandos
Omnes tandem gloriæ:

Si cùm Adam non peccasset,
Ab indè perseverasset
Status innocentiæ.

XXI.

PRIMUM caput testamenti
Veteris Protoparenti
Hortum docet traditum:

Quem servaret sine luctu
Arboris plurimæ fructu
Sat iucundè consitum.

Hîc peccatum grande fecit,
Hinc maximum, quòd infecit
Suo prolem crimine:

Quòd offendit largitorem
Tot bonorum Creatorem
Dignum gratitudine.

Quòd tot gratiis exultus
Cùm esset, donísque fultus:
Hinc crescit iniquitas;

Quòd nil eum inclinaret
Ad culpam, quam ut vitaret,
Tanta erat facilitas.

De lapsu Ada.

Peccatū ejus ratione læsionis, status & ingratitudinis fuit omnium humanorum maximū.

XXII.

Si tamen illud peccatum
Est intrinséca spectatum
Solùm ex malitia:

Ab hominibus pejora
Et intrinsecè maiora
Patrata sunt alia;

Non tamen ratione malitia intrinseca.

Quòd hinc & inde moventur
Et in motu non tenentur
Gravitate corporum;

Quòdque per motum ad extra
Quorum capax eis dextra
Sit, ostendunt, roborum.

Reliqua sunt nobis satis dubia.

Sed quo moveantur gressu
Quovè ferantur accessu
Ad localem terminum:

Ego puto, quòd hoc fari
Non potest, vbi nil clari
Mens inuenit hominum.

Quomodo possint moveri in instãti.

Demum ad successionem
Motuum occasionem
Duo gignunt capita;

Vel quòd in hoc quòd movetur
Divisibilitas detur,
Vel loca sint dissita;

Ergò, cùm impedimentum
Primum negemus inventum
Apud istos Spiritus,

Ad locũ indistantem.

Illis vacat in instanti
A spatio non distanti
Ad aliud transitus.

Sic qui per diffusionem
Hujus aulæ mansionem
Occuparet mediam,

Posset in uno momento
Pro sui cordis intento
Ferri mox ad aliam.

Quidquid autem sit, an ita
Ad loca discretè sita
Se possint traducere:

At loci successionem
Mediique junctionem
Non valent infringere.

Seu quantumvis pergant citò,
Non possunt impertransito
Finem ire medio:

Solius manus divinæ
Est ut medii cum fine
Non obstet successio.

Non resolvitur an ita ad locum distantē.

Non tamen impertransito medio moveri ad terminū possunt.

X.

Ævo per se mensurantur,
Nec durationes dantur
Eis divisibiles:

Habent enim totum esse
Suum simul, nec deesse
Motu possunt stabiles.

Mensurantur ævo.

Et eorum operationes transeuntes mensurantur tempore.

At quod agunt transeundo,
Et ad extra quod in mundo
Suo ponunt robore:

Cùm ſit quid accidentale
Et ſucceſſivum, dic tale
Menſurari tempore.

XI.

Tres morulæ diſtinguũtur à creatione uſque ad terminũ viæ Angelorum.

ANTE lapſum malignorum
Et mercedem beatorum
Tres moras aſpicimus.

In prima naturam dari
Et gratiam concreari
Cum ſubtili dicimus.

Hac boni benè ſunt vſi,
Et perverſi ſunt abuſi
Per amorem peſſimum:

In ſecunda mora boni
Sumpſerunt augmentum doni
Ob amorem optimum:

Et mali perſeverantes
Inventi ſunt & peccantes
Abſque pœnitentia.

Tandem boni coronati
Et mali ſunt deputati
Ad ſtagna ferventia.

Qui verò creationis
In puncto vis hos coronis
Aptos jure meriti :

Pari potes argumento
Illo censere momento
Capaces demeriti.

Nam idcircò meruissent ;
Quia statim emisissent
Cordis actum liberi ?

Ergò propter libertatem
Aptam pravo facultatem
Habuissent operi.

Si in primo creationis instanti potuerunt mereri : ita & demereri, quia ad utrũque liberi.

XII.

MALE se Dæmon amavit
Idcircò primò peccavit
Mentali luxuria :

Inde se coæquans Deo
Actu consummato reo
Peccavit superbia.

Primum malorum Angelorum peccatum fuit luxuria Spiritualis.

X

At adhuc si malè velit,
Hoc tamen indè non venit
Quod mens sit immobilis :

Vel quòd voluntas perversa,
Sic à bono sit aversa,
Ut sit inflexibilis :

Obstinatio eorum non provenit ex intrinseca inflexibilitate eorum.

Sed est, quòd cùm pervicaci
Mente sit, & efficaci
Motu Dei careat:

Cùm Deus eum movere
Nolit, nec ipse parere:
En cur pravus maneat.

XIII.

Dum sibi corpus efformat,
Angelus, id non informat,
Sed assistit taliter:

Ut nec possit manducare:
Nec cibos in hoc mutare,
Nec agat vitaliter.

Sic ille qui ductor viæ
Raphaël olim Tobiæ
Visus est comedere:

At non verè comedebat:
Quia de cibi vivebat
Spiritalis munere.

Angelus in corpore assumpto non exercet operationes vitales.

XIV.

Primus chorus in sequentem,
Et hic quoque suam mentem
Traducit in proximos;

Qui nos ad regna polorum
Chorus ducit Angelorum,
Hanc ad nos fert ultimos.

Illuminatio Angelorum inferiorum à superioribus.

Sanctus Areopagita
Testatur, quòd hoc est ita:
Nos post ipsum dicimus;

Docet quoque quòd loquũtur,
Sed modum, quò transfundũtur
Verba, non cognoscimus.

Et locutio mutua.

Et certè patet, quòd mentis
Sit expressio latentis
Unius ad alium:

Locutio Angelorum quomodo fiat.

Sed difficultatis nodo
Non caret, quo fiat modò
Hoc mentis indicium.

A quibusdam affirmatur,
Quòd unus alteri fatur,
Et arcanum exprimit:

Quandò speciem patentem
Sui conceptus in mentem
Audientis imprimit.

Sunt, qui penetrationem,
Et intimam junctionem
Entitatum exigant:

Ut Angeli, quàm loquendi
Cùm habent & audiendi
Vim in actum redigant.

XV.

Angeli custodes.

Restat tandem Angelorum
Ut his finem Beatorum
Imponat custodia:

Ad quam eos destinavit,
Quæ nostras vias præcavit
Dei providentia.

Sic ne quem scandalizemus;
Nec coram fratre peccemus,
Monet prima veritas:

Namque videt vultum Patris
Angelus qui nostri fratris
Cunctas regit semitas.

XVI.

De opere sex dierum seu de creatione mundi visibilis.

Vix ab annis bis ter mille
Dei manu mundus ille,
Quem miramur, exiit.

Prima die, tenebroso
Nihili cunctis exoso
Lux è sinu, prodiit.

Opus primæ diei. Secundæ.

Secundæ dat complementum
Illud vastum firmamentum
Quod cernimus oculis.

Tertiæ.

Tertia terram detexit,
Hancque mare circumtexit
Paratum naviculis.

Quarta Solem dedit polo
Et Lunam, ut præsint solo
Diebus, & noctibus.

Quarta.

Quinta replent terram feræ,
Aves aquam tenuere,
Datur aqua piscibus.

Quinta.

Sexta die Vir è limo,
Et è viri costa primò
Virago producitur.

Sexta.

Septima tandem in luce
Exemplo Factoris duce
Sabbatum statuitur.

Septima.

Ergò simul res creatæ
Non sunt illa simultate,
Quæ momentum indicat:

Sed quæ continuitatem,
Et successus unitatem
Non discretam explicat.

Mundus non fuit creatus in instāti sed contin & sine interruptione.

XVII.

Has inter homo decoris
Plus accepit, Creatoris
Factus ad imaginem:

Non in corpore quod perit,
Sed in anima, quæ gerit
Hanc similitudinem.

Homo creatus ad imaginem & similitudinem Dei.

Vbi sit hæc imago.

Nam ipsa quamvis externa
Figura signet, interna
Qua sit mens præstantia;

Cùm ad cœlum vultu recto
Sit homo, terram dejecto
Cernant animantia;

Attamen rationali,
Æviterna, spiritali,
Quia constat anima:

In hac similis est Deo,
Nec tolli potest ab eo
Imago tam intima.

Et in quo consistat.

At ubi similitudo
Consistat ista, concludo
Ex Scoti sententiis:

Quod in tribus reponatur,
Nostra per quas operatur
Anima potentiis;

Est in anima, & potentiis ejus ut substant actibus suis.

Memoriæ facultate,
Intellectu, voluntate
Cum earum actibus;

Per quas fulget Vnitatis
Hoc & Sanctæ Trinitatis
Signum in hominibus.

Nam in se spectatæ quidem
Cum anima licèt idem
Sint illæ realiter:

Et sint tantùm, ut spectatæ
In actu primo, notatæ
Distingui formaliter;

Attamen, si sint inspectæ,
Ut actu suis affectæ
Operationibus:

Realiter distinguntur,
Seu tres distinctæ dicuntur
A distinctis actibus.

Ergò post Scotum profundum
Actum primum & secundum
Advertens subtiliter:

Dei dices Unitatem
Expressam, & Trinitatem
In his aliqualiter.

XVIII.

Sic autem homo creatus
Statim donis est ditatus
A Deo gratuitis:

Status innocentiæ & justitiæ originalis.

Et originalis dono
Iustitiæ, rex in Throno
Ut dominans subditis,

Eâ perficiebatur
Et in omni replebatur
Animæ potentia:

Ut terrenæ portionis
Motus essent rationis
Sub obedientia.

At præter originalem
Illam supernaturalem
Acceptam iustitiam:

Gratus coram Creatore,
Magnóque fultus vigóre
Extitit per gratiam.

Et gratiæ.

Et mansisset immortalis,
Si semper fuisset talis
Usu fructus liciti:

Et immortalitatis.

Sed relictus est naturæ,
Ut esset sub jugo duræ
Mortis, esu vetiti.

Adamo non peccante posteri ejus fuissent in in gratia confirmati post devictam primam tentationem.

XIX.

ADAM, si tu non peccasses,
Filii, quos generasses,
Tecum cœlo viverent:

Quippe, qui primùm tentati,
Post victoriam firmati
In bono persisterent.

Aut ſi fortè cecidiſſent,
Ad ſurgendum habuiſſent
Prompta tot auxilia;

Ut nullus foret, patrati
Qui perpetua peccati
Subiret imperia.

In te namque fuit jactum
Hoc vitæ, mortíſque pactum
Humano pro genere:

Ergò ſi peccans das mortem,
Dediſſes ſic vitæ ſortem
Bono iuſtus opere;

Explicatur quare, & quomodò.

Ita, quòd, qui propagati
Per te forent, confirmati
Fuiſſent in gratia;

At non ſtatus ratione,
Illius transfuſione
Nec hæreditaria;

Sed poſtquam eſſet devicta
Prima, quæ foret inflicta
Eiſdem tentatio:

Non enim eſſet tuorum,
Quam tua fuit, natorum
Melior conditio:

Ergò, cùm meritum cœli
Tunc non fuiſſet Abeli,
Quàm Adæ faciliùs,

Si fuit pater probatus,
Probatione tentatus
Fuiſſet & filius.

XX.

Dubium, an iidem qui nunc ſunt præ deſtinati, ſoli nati eſſent in ſtatu innocentiæ.

An autem prædeſtinati
Qui nunc ſunt, iidem nati
Fuiſſent, non alii?

Ut videtur innuiſſe
Scotus, & Magni traxiſſe
Ex dictis Gregorii:

S. Gregor 4. moral. cap. 36. Scot. in 2. diſt. 20. q. 2.

Puto quidem nihil certum
In re tanta, nec apertum
In tanta caligine;

De prædeſtinationis
Modo, vel electionis
Cùm nil conſtet ordine.

Unde ſat eſt, ſi damnandos
Nullos dicam, ſed donandos
Omnes tandem gloriæ:

Si cùm Adam non peccaſſet,
Ab indè perſeveraſſet
Status innocentiæ:

XXI.

PRIMUM caput testamenti
Veteris Protoparenti
Hortum docet traditum:

De lapsu Adæ.

Quem servaret sine luctu
Arboris plurimæ fructu
Sat iucundè consitum.

Hîc peccatum grande fecit,
Hinc maximum, quòd infecit
Suo prolem crimine:

Peccatũ ejus ratione læsionis, status & ingratitudinis fuit omnium humanorum maximũ.

Quòd offendit largitorem
Tot bonorum Creatorem
Dignum gratitudine.

Quòd tot gratiis excultus
Cùm esset, donísque fultus:
Hinc crescit iniquitas;

Quòd nil eum inclinaret
Ad culpam, quam ut vitaret,
Tanta erat facilitas.

XXII.

Si tamen illud peccatum
Est intrinsèca spectatum
Solùm ex malitia:

Non tamen ratione malitiæ intrinsecæ.

Ab hominibus pejora
Et intrinsecè maiora
Patrata sunt alia;

Vt scilicet, oris rei
Est blasphema vox, & Dei
Amabilis odium:

Cùm hæc frangant jus natiuum,
Illud merè positiuum
Peccet in imperium.

XXIII.

Peccatū Evæ intrinsecè grav.us fuit peccato Adami. Hoc autem secundùm circumstantias fuit gravius. Expenditur peccatum Evæ.

Sic & ab Eva patratum
Dic, intrinsecè peccatum
Adæ quod excesserit:

Quamvis circumstantiarum
Vir ratione multarum
Grauiùs deliquerit.

Illa namque dum serpentis
Vocem audit, suæ mentis
Sinum dat superbiæ:

Et ambit per volontatem
Aliquam æqualitatem
Divinæ scientiæ.

Quin, & ipsâ jam seductâ
Cùm per ipsam sit inducta
Ad malum mens hominis,

Ex scandali ratione
In prævaricatione
Majoris est criminis.

At vir habens in vxorem
Inordinatum amorem
Cessit complacentia :

Et ex hac parte spectati
Eius, quam Evæ peccati
Est minor malitia.

At verò si dignitatem
Et personæ qualitatem
Peccantis attendimus :

Certè viri graviorem,
Et multis causis majorem
Reatum agnoscimus.

XXIV.

In statu quidem recente
Non fuit in Adæ mente
Velum ignorantiæ :

Sed forsan parùm attentus
Tam magni fuit eventus
Omni circumstantiæ.

Hinc Dei videns aspectus,
Quòd non erat hic deffectus
Ex pura malitia,

Primorum mundi Parentum
Quorum cognovit figmentum
Tactus est miseria.

Ei comparatur peccatum Adæ.

Vnde minùs.

Vnde majus.

In peccato Adami fuit aliqua inadvertentia.

Non ſic Angeli ſuperbi
Crimen Incarnati Verbi
Eſt deletum merito;

Sed in æterno mœroris
Ob malitiam erroris
Relictus eſt debito.

Licèt Vir per primum crimen
Mortis impingens ad limen
Se, nóſque necaverit:

Attamen, per veniale
Omne præcedi lethale
Puto, quòd potuerit.

Nam ſicut nunc ſancti viri
Quavis firmitate miri
Reddantur à Numine:

Non ſunt ita confirmati
Ut maneant liberati
Ab hoc parvo crimine;

Sic Adam deordinati
Motu minùs regulari
Potuit, quin ſolveret

In pœnam peccati læthum,
Sed quod pœnitens per fletum
Amoris abſtergeret.

Primum peccatum Adæ potuit eſſe veniale, quamvis de facto ſit mortale, ſeu Adam potuit peccare priùs venialiter, quam peccaret mortaliter.

XXVI.

ADÆ labes actualis
Indè fit originalis
In omni mox homine:

Quid sit peccatū originale.

Quòd non est ei transmissum
Pignus, quòd Adæ commissum
Fuit ab origine.

Sicque dùm in nobis Numen,
Quòd deberet esse, lumen
Non videt iustitiæ:

In hoc tenet debitores,
Donec compensent splendores
Baptismalis gratiæ.

Seu originis peccatum
Quòd omnem ex Ada natum
Inficit communiter:

Est ipsum Adæ delictum,
Ut manens & derelictum
In nobis moraliter;

Quatenùs omnes in eo,
Tanquam in capite reo,
Peccantes deliquimus:

Et nostro Protoparente
In culpæ noxam cadente,
Cum eo cecidimus.

XXVII.

Est causa pœnarum.

HÆc est illa culpa gravis
Ob quam, ut ad auram avis,
Ad ærumnas nascimur:

Et quo modo cõtrahatur.

Et cùm caro seminata
Est per formam animata,
Culpâ mox inficimur:

Seu subsunt originali,
Qui sunt via seminali
Ad Adamo taliter:

Quòd iis corpus formatur
Ex carne quæ seminatur
Concupiscibiliter.

Ita quòd instanti dato
Quo corpori organizato
Spiritus infunditur:

Et unionis vi talis
Adæ proles naturalis
Homo constituitur:

Tunc & in Protoparente
Censeantur delinquente
Ut hominum capite,

Ipsi posteri peccasse,
Et cum eo declinasse
A præscripto tramite.

Sic quamvis ſit fœditate
Genus noſtrum voluntate
Aliena conſcium :

At rectum Cœtus effatum
Tridentini vult erratum
Hoc ſingulis proprium.

XXVIII.

Ex his doſtrina rejecta
Eſt tenens, quòd ab infecta
Carne mens inficitur :

Anima non inficitur à carne infecta.

Caro quippè qualitati
Non eſt apta, cui peccati
Ratio tribuitur.

Et ſi quid haberet tale,
Cùm eſſet materiale,
Mentem non inficeret :

Quæ, quia ſpiritualis,
Partis vi materialis
Hoc vulnus non ſumeret.

Ex dictis quoque probatur,
Quòd ſolis & cunctis datur
Hujus labes ſceleris,

Soli & omnes Adæ poſteri, qui via generationis.

Ab Ada per naturalem
Actionem ſeminalem
Qui deſcendunt, poſteris :

Naturalis ab eo descendunt, inficiuntur peccato originali. Nisi à Deo specialiter eximantur.

Et hoc de communi lege,
Nisi quis à Regum Rege
Hinc exceptus fuerit ;

Cùm ab hac exceptione
Nulla contradictione
Impediri quiverit.

XXIX.

VLTRA labem mali tanti
Qua nos oportet instanti
Vitæ primo pollui :

Fomes peccati.

Est individuus comes,
Qui baptismi lymphis fomes
Non dicitur ablui.

Et illud est, quod peccatum
In scripturis est vocatum,
Non quidem formaliter,

Sed ut radix & origo,
Ac quædam mali prurigo,
Et materialiter.

Pœna peccati alia.

Sunt adhuc aliæ pœnæ,
Quas post fidem docet benè
Nos experientia:

Quibus tamen non fuisset
Homo tactus, si mansisset
Firmus innocentià.

Id est fide duce scimus,
Illas pœnas, quas sentimus,
A peccato fluere:

Et quòd hoc non existente,
Sub pœnarum hinc fluente
Non essemus onere.

XXX.

HUNC autẽ claudet tractatũ
Olim grave, nunc sedatum
In scholis dissidium:

Utrum B.V. Maria fuerit concepta in peccato originali.

Quamvis ejus lectionem
Tractans Incarnationem
Det Scotus in tertium.

Utrum sit tam generale
Peccatum originale
Indispensabiliter:

Quòd excepto solo Christo,
Qui tabo liber ab isto
Erat naturaliter,

Ut inquam omnes fœdati
Eo sint, ex viro nati
Qui sunt & muliere:

Quòd ab eo præservata
Non sit Virgo immaculata
Speciali munere,

In vita Sancti Francisci ex Bernardino, de Bustis.

Ego quidem memor dicti
In Franciscana relicti
A Patre familiâ:

Quo vult dari Matri Dei
Quæque non repugnant ei
Laudum privilegia;

B Virgo in conceptione sua non contraxit peccatum originale.

Et cùm justa sint motiva
Iam subdenda, negativa
Pro parte sic moveor:

Quòd originali infectam
Culpâ prolem tam perfectam
Negare non vereor.

Incurrisset tamẽ, nisi à Deo fuisset prævenia per gratiam ei in primo instãti infusam.

Hinc dico, quòd in instante,
Quo passiva fuit tantæ
Conceptio fœminæ:

Ne labes ei transfusa
Hæc esset, tunc ei infusa
Est gratia à Numine;

Ita quòd culpam suorum
Ut consors progenitorum,
Incurrisset protinùs:

Ni dono gratiæ sancto
Tunc eam à casu tanto
Præservasset Dominus.

At ut hîc procedam ritè
Suppono, quòd hac in lite
Binis orta partibus,

Neutra opinio est de fide.

Nil eſt fide definitum,
Nec diſtinctè ſtabilitum
In ſcripturæ textibus.

Undè nec in ſacris chartis
Affirmantis clara partis
Legitur aſſertio:

Item nec in libris ſanctis
Opinionis negantis
Habetur expreſſio.

Propenſio Scoti in honorem B.Virginis.

Ex quo ſic ſe geſſit Scotus,
Qui cùm inclinaret totus
In favorem Virginis:

Nec in ſcripturis videret,
Undè peccato cenſeret
Infectam originis,

Imò videret quam plura,
Ex quibus deduci pura
Pio poſſet lumine:

Dixit, quod fuit immunis
A jugo legis communis
Præſervante Numine.

Et modestia in proferenda sententia negante contra actionem peccati originalis à Maria Scot. in 3. dist. 3. q. 1. n. 4. & dist. 18. n. 13.

Verùm cùm esset modestus,
Nec esset sat manifestus
Tunc sensus ecclesiæ :

Cùm & adhuc scholæ Duces
Suas affirmanti luces
Afferrent sententiæ ;

Amplector, inquit, negantem,
Ni quis monstret repugnantem
Scripturæ, vel Patribus ;

Nam, cùm possit, quarè meum
Dicerem Mariæ meum
His parcum favoribus ?

Occurritur objectioni sumptæ ex quinto Epist. ad Rom. & ex aliis textib. script. & patrū.

Et certè, dum Paulus docet,
Quòd Adæ peccatum nocet
Cunctis ejus posteris :

Quòd in eo peccaverunt
Qui virilis provenerunt
Ex semine generis ;

Dico quidem, quòd infecta
Esse deberet, effecta
Sic omnis conceptio :

Si manus per vim divinæ
Ab hujus lapsu ruinæ
Non foret exceptio.

Et hoc reſponſo ſolvuntur
Omnes textus, qui leguntur
In ſcripturæ foliis:

Sic mens Patrum declaratur,
A quibus hæc culpa datur
Cunctis Adæ filiis.

Quòd ergò Virgo Sacrata
Ex eâdem procreata
Sit maſsâ, concedimus;

Quòd & ipſa cecidiſſet,
Niſi præventa fuiſſet,
Lubenter deffendimus.

Sed cùm nullo textu clarè
Intelligamus conſtare,
Quòd verè ceciderit:

Illis ex hinc adhæremus,
Ex quibus nulli tenemus,
Quòd culpæ ſuffuerit.

Signa univerſalitatis aliquandò patiũtũr exceptionẽ in Scripturis.

Néc ſemper ſignificatum
Signi univerſalis latum,
Ut ſonat, accipitur;

Nam ſæpè binum hoc ſignum,
Omnis, & *nullus*, ad dignum
Sic ſenſum reducitur;

Ut quòd per ea notatur,
Ad plurimos extendatur,
Et detur exclusio:

Qualis donatur Estheri,
Dum in omnes Assueri
Fertur constitutio.

Concilii Tridentini decretum de peccato originali sess 5. non includit B.V. Mariam.

In nos tandem qui Divino
Textu pugnant, Tridentino
Acquiescant cœtui:

Nam ei fuit compertus
Omnis sensus magis certus
Omni sacro textui.

Et tamen textus per eos
Dum nos omnes culpæ reos
Affirmat originis:

Addit, se de Matre Christi
Ibi non loqui, sed Sixti
Quarti standum terminis.

Objectio.

Sed dices: ergò Mariæ
Redemptor negari piè
Iesus Christus poterit:

Cùm originali nævo
Carens illa, culpæ sævo
Iugo non suffuerit;

Nam nisi servus peccati
Potest dari libertati,
Ut, Zozimus asserit :

Zozimus Papa epist. 157. Apud August.

Nec redemptus est quis merè,
Si priùs captivus verè
Per culpam non fuerit.

Ad hujus vim rationis
Dico, quòd redemptionis
Non privatur titulis,

Responsio & solutio.

Qui iuxta legem communem
Iugo subdendum, immunem
Præservat à vinculis.

Sicque manet declaratum
Dictum Zozimi citatum,
Ex communi placito :

Quòd redemptus non habetur,
Qui peccato non ligetur
Re priùs, aut debito.

Sic patet fuisse satis
Medicum infirmitatis
Christum, Matris Virginis :

Non, quòd ægram jam sanavit,
Sed à lapsu præservavit
Hujus ægritudinis.

Occurritur objectioni.

Retorquetur objectio in adversarios.

Hinc retorquet Scotus rectè,
Quòd Christus summè perfectè
Redemptor enituit:

Dum actum Mediatoris
Perfectissimi vigoris
In Matrem exercuit.

ad Rom. 5. v. 15.

Nam cùm sit à Paulo dictum
Abundans Adæ delictum
Christi minus gratia:

In favorem Genitricis
Nitet manus redemptricis
Superabundantia.

Nec instes: vi meritorum
Stetit Christi prævisorum
Angelus in prœlio:

Instātia.

Nec redēptum hunc censemus
Ergò nec Matrem dicemus
Redemptam à Filio.

Solutio, & disparitas, cur Angelorum non sit Redemptor Christus, sic tamen Maria.

Nam sit tibi persuasum
Quòd nullum fuit ad casum
In Angelo debitum;

In Maria vero fuit;
Hinc tua paritas ruit
Ejus ad hunc spiritum.

Nam dici triplici via
Quit obnoxia Maria
Huic peccato originis.

B. Virgo tripliciter fuit obnoxia peccato originali, quãvis ab eo fuerit præservata.

Primùm, Adæ & genitorum
In lumbis, fœtus eorum
Quia fuit ſeminis.

Mox alvo matris recluſa
Priuſquam membris infuſa
Foret vitæ facula:

Cùm jam quoad carnem eſſet,
Ni foret præventa, obeſſet
In conceptu macula.

Seu quia jam exiſtebat
Secundùm carnem, habebat
Ex tunc quoddam debitum:

Ut niſi præveniretur,
Culpæ malo læderetur
Vitæ ſumens halitum.

Tandem animationis
In puncto & conceptionis
Sic debito ſubfuit:

Quod quidem ipſo reali
In inſtanti divinali
Gratiâ reſplenduit;

At poteſt naturâ priùs
Intelligi cor ipſius
Tali ſine gratia:

Et in ſtatu indifferenti:
Ut in eſſet labes menti,
Vel plena juſtitia.

Objectio. Dices: ſi priùs naturâ
Adæ filia, quàm pura
Eſſe Virgo debuit:

In priori nunquid tali
Debitrix originali
Verè culpæ ſubfuit?

Solutio prima retorquĕdo. Qui ſic vrges, argumento
Nimis probante memento,
Nil concludi ſtabile:

Cum ex eo ſequeretur,
Ut Virgo præſervaretur
Non eſſe poſſibile;

Quod non puto te dicturum;
Nec tuæ mentem laturum
Huc vſque ſententiæ:

Ut Mariam culpæ telis
Præſervare, Dei velis
Extra vim potentiæ.

Diſtinguens ergò reſolvo
Quod ais, dum hîc revolvo,
Quod eſt ſupra traditum;

Nempè, nego poſitivè,
Et concedo negativè
Hoc in ea debitum.

Id eſt, in illo priori
Naturæ, neque decori
Eam ſubdo gratiæ:

Neque ſubditam peccati
Ab Adamo derivati
Affirmo malitiæ.

Et in hoc naturæ ſigno
Ut habentem eſſe ſigno,
Non ſub accidentibus;

In ſequenti verò volo
Immaculatam, & colo
Sub gratiæ dotibus.

Nam cùm de ſenſu conſtanti
Scholæ plura ſint inſtanti
In uno realiter:

Quorum quædā ſumpta merè
Poſſunt intelligi verè
Priùs naturaliter;

Solutio ſecunda diſtinguendo. In priori natura, quo B. Virgo intelligitur, ut filia Adæ, debitum contrahendi peccatum originale habuit negativè, non poſitivè. In uno inſtanti reali inſtantia natura plura dātur. Et quod eſt priùs poteſt concipi ſine alio, non negando

ipsum, aut affirmãdo non ipsum.

Ita quòd per nostram mentem
Illud ab hoc abstrahentem:
Non fiat mendacium:

Abstrahentium non est mendacium.

Cùm non se gerat negando;
Sed præcisivum secando
Per conceptus gladium.

Ut cum Petrum animalis
Et non sub rationalis
Conceptu considero:

Per illam præcisionem
Non attendens rationem,
Hanc ei non aufero:

Sic Maria sub instanti
Quo concepta, simul sanctæ
Donis plena spiritus:

Priùs naturâ notatur
Habens esse, mox signatur
Cœli sumens habitus.

Occurritur objectioni deducta ex pœnis tẽporalibus, quibus B. Virgo fuit obnoxia.

Hinc in ea reæ sortem
Famem, sitim, fletum mortem
Putares immeritò

Nam non tulit, ut flagella
Sed ut viatricis bella
Pro majori merito.

Undè manu redemptrice
Peccatum in Genitrice
Nolens, ut inutile:

Reliquit Christus laborum
Passionem, ut decorum
Ipsi quid, & utile.

Nec putes, quòd introisset
Statim cœlum, si præisset
Natum Mater obitu:

Occurritur objectioni.

Nam originis carere
Peccato, non est gaudere
Cœlesti mox aditu;

Nam & Patres testamenti,
Illo remisso, detenti
Habitarunt inferos:

Donec Christus victa morte
Fœlici beandos sorte
Deduxit ad superos.

Verùm postquam fundamenta,
Et textus, & argumenta
Solvimus opposita:

Probatur jam conclusio ex locis Scripturæ Sacræ.

Adsunt, è quibus deduci
Potest Virgo semper luci,
Nunquam nocti subdita.

Tota pulchra, Deo grata
Semper & immaculata
Domus sancta Domini:

In conceptione munda,
In bonis nulli secunda
Angelo vel homini.

Ex veteri testamento. Hæc est, cujus cum mendace
Serpente, nulla cum pace,
Sunt inimicitiæ;

Gen. 3. v. 15. Hæc est, quæ quia nescivit
Peccatum, ejus contrivit
Verticem nequitiæ.

Nec vnquam hic serpens dirus
Dedit morsus sui virus
Mariæ calcaneo:

Quamvis nocere conatus,
Ei sit insidiatus
Furore tartareo.

Numer. 24. Hæc orta de Jacob stella,
Quam tenebrarum procella
Obscuram non reddidit.

Cant. 6 Hæc est consurgens Aurora,
Quæ luce semper decora
Solem verum edidit.

Hæc adhuc ut Sol electa,
Et tanquam Luna perfecta
Magno plena lumine ::

Habita creaturarum
Primogenita cunctarum
Dicitur à Numine. — Eccl. 24.

Hæc est virga, quæ surrexit
Ab Israël, quam non flexit
Nodus ullus criminis : — *Num.* 24.

Quæ Moab percussit duces,
Id est Dæmones per luces,
Contrivit originis. — *Ibid.*

Hæc est, quam sanctificavit
Deus, dignóque paravit
Sibi tabernaculo :: — *Psal.* 45.

Nec est commotus in ea,
Quia ne fieret rea,
Adjuvit diluculo.

Hæc est, cujus fundamentis,
Ne quaterentur à ventis
Aut culpæ turbinibus, — *Psal.* 86.

Ibi natus ut in domo,
Dedit, sanctis, Deus homo,
Ut essent in montibus.

Et hi montes clariores
Olympo ſunt, & majores
Armenis faſtigiis,

Gen. 8. In quibus arca quievit
Sola, cùm Deus delevit
Cætera diliviis.

Cant. Cantic. per totū. Hæc eſt illa, quam ſcriptura
Sub multiplici figura,
Et ſub typis myſticis;

Filiabus ditiorem
Cunctis, & formoſiorem
Deſcribit in Canticis.

Ex novo Teſtamento. nc. I. Hæc eſt, cui cecinit, Ave
Angelus, addens, ne pave,
Inveniſti gratiam;

Ave Maria, væ carens,
Quod incurrit prima parens
Perdendo juſtitiam.

Hæc eſt, væ carens delicti
Et omnis væ maledicti
Væ quoque miſeriæ:

Væ carens originalis
Culpæ, prorsùs actualis
Et expers malitiæ,

Ave, nomen Evæ mutans
Dum Gabriel te salutans
Cœli plenam dotibus:

Ex Hym. Eccles.

Te Deo magis devictam;
Et in cunctis benedictam
Dicit mulieribus.

Hæc est, quæ gratia plena;
Est & gratiarum vena
Per quam in nos defluunt:

In quam simul adunatæ,
Quæ per partes sanctis datæ
Sunt, gratiæ confluunt.

Hæc est à Joanne dicta
Sole mulier amicta
Cum luna sub pedibus:

Quam duodecim pulchrarum
Ornat corona stellarum
Ut virtutum gradibus.

Sed & ipsi patres sancti
In primo volunt instanti
Liberam à macula:

Probatur etiam ex dictis sanctorũ patrum ab initio Ecclesiæ.

Quòd ut constet magis clarè,
Eos lubet hîc notare
Per eorum sæcula.

Primò sæculo.

Eam nunquam maledictam
Ferunt ab Andrea dictam
Achaiæ præbyteri.

In Iacobi lyturgiæ
Immculata Maria
Obſervatur aſſeri,

Et chorus dum reſpondebat
Irreprehenſam dicebat
Eam modis omnibus.

Ac Iacobus zebedæi
Iacobo concors Alphæi
Fertur à ſcriptoribus;

A cuius adventu volunt,
Quod conceptionem colunt
Fideles Hiſpaniæ:

Et hanc colunt illibatam,
Et prorsùs immaculatam
A peccati ſanie.

Neque recenſere parco,
Quòd hæc olim eſt à Marco
Decreta feſtivitas:

Ut non recenter inductam
Quis putet, ad nos traductam
Quam fecit antiquitas.

Cujus ſenſum aſſecuti
De Maria quid locuti
Sint patres, jam reſpice.

Naturæ humanæ natura
In hac ſociatur pura
Sanctitati Angelicæ,

Secundò & tertiò ſæculo.

Inquit, ignatius ille,
Qui clades pro Chriſto mille
Optabat recipere;

Quod conceptioni verè
Ad ſtruendæ non favere
Nil poteſt convincere.

Totam ad Deum ſpectare
Uult juſtinus, & clamare
Auditur Hypolitus:

Quod hæc eſt immaculata
Ex cujus aluo ſacrata
Chriſtus fuit genitus.

Nec à ſerpente deceptam
Origenes, nec infectam
Uult ejus afflatibus;

Quæ, vir ut affer probabat,
Naturæ communicabat,
Non culpæ reatibus.

S. Cyprianus.

Tertiò & quartò sæculo.

Nec nodum originalis,
Nec corticem actualis
In hàc culpæ censuit :

Sed gratiæ sanctitati,
Quòd labem nescit peccati,
Ambrosius tribuit.

Quam Ephrem immaculatam
Et à labe intemeratam,
& alienissimam,

Nubem tenebris carentem
Vult Hieronymus habentem
Lucem splendidissimam.

Quartò & quintò sæculo.

Augustinus de peccatis
Cùm agit, ob majestatis
Christi reverentiam,

Nullam de Maria sibi
Esse quæstionem ibi
Vult, aut controversiam.

Nam plus gratiæ collatum
Ei prorsùs ad peccatum
Vincendum colligimus :

Quòd meruit mater esse
Ejus, quem culpæ subesse
Nequivisse credimus.

Est Gregorii vox magni,
Quòd, ut esset Mater Agni,
Ita Virgo creverit:

Sextò & septimò sæculo.

Ut verticem meritorum
Super choros Angelorum
Omnium evexerit.

Et huic concordem Andream
Cerno Cretensem, dum eam
Sic vult Deo proximam.

Ut & Seraphim excedat,
Deique servam se cedat
Præ cæteris optimam.

Huic Eligius immundum
Nil dat, quæ tulit in mundum
Auctorem munditiæ:

Et Sophronius deffectu
Incorruptam ab effectu
Uult omnipotentiæ.

Sed præ cunctis magis clarè
Originalis negare
Labem cerno maculæ;

Quæ de Maria dicuntur
Et à Sancto repetuntur
Ildephonso Præsule;

Octavò sæculo.

Sanctiſſimum vocat fœtum
Damaſcenus, quo repletum
Fuit Annæ gremium.

Nulli Germanus affinem
Culpæ tenet, noſtri finem
Quæ præceſſit omnium,

Nonò & decimò sæculo.

Eruditus Idiota
Uult, quòd fuit pulchra tota
Sine labe originis;

Et Haymo, quòd quæ nō ceſſit
Peccato, nunquam receſſit
A poſſeſſu Numinis:

Creatorem parituram
Fulbertus contendit puram
Ab ejus exordio.

Et Anſelmus vult, ut pius
Conceptionis ipſius
Sit quiſque primordio;

Quàm, licèt ex Ada cretam,
A jugo culpæ diſcretam
Nefas putat ambigi:

Quia digno tenet zelo,
Quòd nil purius ſub cœlo
Eâ quit intelligi.

Petrus Damianus ait,
Quòd carnem ex Adam trahit,
Non admiſsâ maculâ.

Nec quid habet pravitatis
Sacrarium Trinitatis
Electa per ſæcula,

Dei benedictione
Uult Bruno contagione
Omni culpæ liberam;

Et quòd, quæ proſtravit Evã,
Anguis artem Virgo ſævam
Vicit & mortiferam.

Deletum originalis
Nævum culpæ, & actualis
Yvo vult in Virgine:

Non quòd tollendo dimiſſus,
Poſtquam fuerat admiſſus
Sit à ſummo Numine;

Sed ut à Deo præventa
Sub actuali detenta
Culpâ nunquam gemuit.

Sic Deus præſervans eam
Ab originali reatu
Reddi prorsùs vetuit.

Vndecimo & duodecimo sæculo.

Quam quæſivit Mater Dei
In cunctis, datum eſt ei,
Ut requiem habeat:

In conceptione quærit,
Inquit Comeſtor, quid erit,
Cur illâ non gaudeat?

Nec his repugnare penſes,
Quæ Bernardus Lugdunenſes
Canonicos monuit.

Nam vel non eſt ejus certa
Epiſtola, ſed inſerta
Aliundè prodiit;

Vel egiſſe minus ſanè
Vult hos, quod ſedis Romanæ
Decreto non habito,

Sint auſi determinate
Feſtum hoc, & celebrare
Sui ritus placito.

Imò, quam dat rationem
Impugnans conceptionem
In activam militat:

Paſſivam immaculatam
Quam tueor, impugnatam
Ab eo nil indicat.

Quia

Quin & duplex ſermo datur,
Qui partus ejus putatur,
Ubi laudans virginem

Vult præter immaculati
Matrem, omnem in peccati
Conceptum labe hominem.

Nec epiſtolam ſecutus
Hanc eſt Anglus, qui locutus
Verbo ſic eſt libero:

Nicolaus monachus è S. Albano.

Adverſor auctoritati
Huic Bernardi, ſanctitati.
Nihil ejus aufero.

Quæ non commiſit peccatum,
Ait Richardus, elatum
Fert caput præ cæteris:

Totam gratia poſſedit:
Ergo tota pulchra cedit
Nulli labi ſceleris.

Quòd ſi ſtellæ tenebrantur,
Id eſt, ſancti maculantur,
Peccati caligine:

At in illa non apparet,
Cui ſol iuſtitiæ claret,
Vmbræ locus virgine.

Decimo Tertio sæculo.

Ad formandum Adam primum
E terra Virgine limum
Sumi Deus voluit :

Ejusque membra compacta
Nunquam maledicto tactâ
Ex humo disposuit.

Sic ad formandum secundum
Sinum Mariæ tam mundum
Vult Sanctus Dominicus :

Quòd maledictum non-scivit
Hæc terra, de qua prodivit
Christus fructus cælicus.

Alex. Alen. lib 3. de vitâ B. Virg. D. Th. in 1. dist. 44. q. 3 ad 3. in antiq. msct. & edition. Paris. an. 1541. D. Bona. serm 2. de Assumpt.

Nec à nostro semper visus
Est scholæ ducum divisus
Sensus aut dissimilis;

Nam crebro Doctor sermone
Pura pro Conceptione
Stat Irrefragabilis.

Et primo sententiarum
Editionum priscarum
Citatur Angelicus;

Et pleno Mariam ore
Conceptionis decore
Exornat Seraphicus.

Sic ergò patres ſenſerunt,
Qui ſæculum præceſſerunt
Tertium & decimum:

Quorum verba ſi non capit
Rhytmus cuncta, ſenſum ſapit
Attamen iuſtiſſimum.

Quod ſi cui dubium Argo
Sit adhuc, quærat, quæ margo
Iſte loca continet:

Et rhytmum è venis meis
Hunc tractum difformem eis
Suſpicari deſinet.

At poſtquam ſic de Maria
Patres per decem & tria
Locuti ſunt ſæcula:

In ortu ſæcli ſequentis
Bellī cæperunt ingentis
Inter ſcholas jacula.

Tunc nutu Dei profundo
Apparuit Scotus mundo,
Ut mundam deffenderet:

Et à ſupremo Factore
Conceptionis decore
Præditam aſſereret.

Videatur textus hic citati apud Fraſſen tertia parte Scoti Academ. tract. 1. diſp. 3. art. 3. ſect. 3. q. 1.

Opinio de Immac. Concept. promota, & propugnata à Scoto.

Et quidem, quòd hoc cœleste,
Sit opus, claruit teste
Anteà miraculo:

Dum saxea Matris tantæ
Imago coram orante
Caput flexit servulo.

Nec solùm hoc, qui præcessit,
Monstravit, sed qui successit
Eventus certaminis:

In quo publicè ducenta
Adversantis argumenta
Enervavit agminis.

Hisque solutis ut filis,
Sua firmavit, Subtilis
Hinc reportans titulum;

Et talis fuit, qui priùs
Ex adverso stans, ipsius
Se fecit discipulum.

Indè mundo clara toti
Evasit doctrina Scoti,
Et celebris gloria:

Vt quod Spondanus precatur,
Ejus nunquam deleatur
A nobis memoria.

In Annal. Eccles. Ad Ann. 1308. num. 11.

Indè decreto Sorbone
Cautum de conceptione
Sustinenda posteà :

Ut qui nolit hanc tenere,
Non possit unquam clarere
Doctorali laurea.

Hinc communis cæterarum
Sensus academiarum,
Hinc applausus populi :

Vasquez 5. part. disp. 117. cap. 2.

Ut cleri ferè totius
Una mens, & cultus pius,
Claustri sit, & sæculi.

Indè Præsulum summorum
Sumpsit, & Conciliorum
Favorem hoc placitum ;

Ergò, si non est de fide,
Hinc probabilius vide
Multò quàm oppositum.

TRACTATVS V.

DE VERBI DIVINI Incarnatione.

I.

Incarnatio Verbi fuit summè conveniens, non simpliciter necessaria.

SVMMI Dei Patris Natum
Verè Numen Incarnatum
Gestit lingua promere :

Opus tantùm potuisse ;
Sed coactum non fecisse
Cogor Deum credere.

Hoc probant sacri Scriptores,
Dum in hoc pandunt amores
Liberos mysterio :

Purâ nam electione
Decreta Verbi personæ
Fuit Incarnatio.

Quamvis autem inter mille
Nos salvandi modus ille
Magis aptus fuerit :

Cùm omnibus credo piis
Quòd multis aliis viis
Salvare potuerit.

II.

Jesus-Christus ergò venit :
Nodum Scotus adinvenit,
Venturum cum tradidit :

Quamvis Adamus ſtetiſſet,
Nec in culpam cecidiſſet,
Quâ nos ſecum perdidit.

Ille primus electorum,
Forma prædeſtinatorum
In ſcripturis canitur ;

Ergò non ſolam peccati
Ob medelam humanati
Dei caro gignitur.

Dic ergò, non dato reo,
Pro ſummè colendo Deo
Venturum tunc Dominum ;

Et ut homines doceret,
Et edoctos promoveret
Ad gloriæ terminum.

Vndè ſi non tali modo,
Veniſſet tamen, qui modò
Secundùm ſubſtantiam ;

Nec divino jam adjunctum
Eſt decreto, præter punctum
Sivè circunſtantiam,

Adamo non peccante, Adhuc Verbum fuiſſet incarnatum. Non quidem tunc ad redẽptionem noſtram ſed ad glorificationem, & ad ſummum Deo honorem exhibendum. Decretũ de paſſibilitate Chriſti ad redẽptionem peccati quid addat decreto de ſubſtantia Incarnationis.

Carnis, nempè, passionis
Capacis, Redemptionis
Ut opus efficeret:

Quæque coram Creatore
Mundos effuso cruore
Nos à culpis redderet.

Objectio. Sed dices: cùm primùm Deus
Decrevit, ut JESUS meus
Carnem ferret hominis:

An decrevit immortalem,
Vel passibilem, & qualem
Nostri statu criminis?

Primum dici nequit, Deum
Mutabilitatis reum
Ne putemur facere:

Cùm de facto post peccatum
Christum in Cruce mactatum
Teneamur credere.

Nec potest dici secundum;
Nam cur ille tunc in mundum
Venisset passibilis:

Cum & tunc, ut nos fatemur,
Sanguis, per quem mundaremur
Non esset optabilis;

Nam tunc fuissemus mundi ;
Ergò nec sanguis effundi
Debuisset Domini ;

Nec fuisset ad lauacrum
Aut pignus medelæ sacrum
Requisitus homini.

Ad hæc dico, quod priori
In decreto posse mori,
Et non posse video :

At non vt expresse dictum,
Sed vt tacitè relictum
In decreto teneo.

Qua propter in hoc instanti
Ante peccatum, quo tanti
Ortus Christi figitur.

Ab intra quidem futurus
Mortalis, vt homo purus
Mihi tunc obijcitur.

Et ut hoc esset in illo,
Nullo decreti sigillo
Confirmari debuit ;

Nam ex ftoc quòd esset caro,
Ab intra mortis avaro
Per se denti patuit.

Respõsio.

Christus per decertum de substantia incarnationis nrn determinabatur expressè passibilis, nec impassibilis.

Aſt ab extra, non decretī
Per cujuſdam vim ſecreti,
Sed ob ſtatum animæ,

Quæ ſummo Dei ſplendorī
Viſu præſens, corpus mori
Permiſiſſet minimè:

Chriſtus in carne veniſſet
Immortali, nec tuliſſet
Doloris incommoda:

Si propter noſtra delicta
Non ſumpſiſſet maledicta
Pro nobis omnimoda.

Et ſic Adæ poſt errorem
Præviſum, cùm Redemptorem
Statutum eſt mittere:

Apud nos eſt in confeſſo,
Quòd juſſu Deus expreſſo
Debuit decernere:

Ne dotes communicatæ
Animæ forent beatæ
Innocenti corpori:

Nec partis ſuperioris
Fœlix ſtatus hoc mœroris
Subtraheret robori.

Sed tantùm tacitè ſeu implicitè impaſſibilis ob conjunctionem corporis animæ beatæ.

Poſt præviſum Adami peccatum neceſſariū fuit decretum expreſsè derminãs paſſibilitatem Chriſti.

III.

Istvd autem magnum donũ,
Quo nullum est æquè bonum
In honoris genere:

Per quod natura creata
Est summè dignificata
Personali munere;

Dei tantùm voluntate,
Et non Patrum dignitate
Factum debuit tribui:

Nam nec ipsa Dei digna
Mater fecit huic condigna
Promerendo gradui.

Sic à liberali Deo
Bona prima Christo meo
Data sunt non merito;

Ipse nam fons meritorum,
Et origo pretiorum
Non extat sub debito.

IV.

Robur autem personale
Verbi solum hoc mortale
Assumpsit compositum:

Est solum humanitati
Assumptæ proprium Nati
Vnitum suppositum.

Excellẽtia doni Incarnationis.

Substantiæ ejus nullum datur meritum neque in priscis Patriarchis, neque in B. Virgine, neque in ipsa Christi humanitate.

Vnio naturæ divinæ cũ humana facta est immediatè in persona Verbi.

Hîc ergò quidem duarum
Admirandam naturarum
Unionem cernimus.

Sed personâ mediante
Verbi, carnem supportante,
Assumptam deffendimus.

Vndè, quod est actionis
Hîc, est à tribus personis:
Verbum spectat unio;

Quapropter & Incarnatum
Solum fides vult & natum
Sacro puerperio.

Actio incarnativa est aquè à tribus personis, sed unio terminatur ad Filium.

V.

Si quis autem à me quærat
Quomodo tanti se gerat
Fœderis mysterium?

Non tam bene differendo
Respondebo, quàm colendo
Illud per silentium.

Sermone tamen humano
Quædam iuxta scholam cano
De re tàm mirabili:

Quamvis sciam impar ei
Omne dictum oris mei,
Ut inenarrabili.

Aliqualiter explicatur modus, quo facta est incarnatio.

Præter esse singulare,
Quod rei cuique portare
Solet existentia,

Omnis natura completa
Terminari tanquam metâ
Solet subsistentiâ:

Per quam sic nullius eget
Quòd subjectis, *ut quo*, neget
Supportari traditis:

Neget & communicari
Vt quod, & externis dari
Dependens suppositis.

Hanc binam negationem
Ad communicationem
Dic cum Scoti lumine:

Facere rem subsistentem
Creatam independentem
Actu & aptitudine.

Sed cùm cuique creaturæ
Versùs Auctorem naturæ
Sit obedientia:

Nulla potest talis dari
Gaudens ad communicari
Prorsùs impotentiâ,

Personalitas creata dicit duplicem negationem actualis aptitudinalis communicationis ut quo, & ut quod.

Præsertim verò dum datur
Positivum, cui tradatur
Reali supposito:

Ut sunt, ea, quæ discerno
Per fidem in Patre æterno,
In Verbo, & Paraclyto.

In instāte generationis natura humana Christi impedita est resultantia propria subsistentia, & à supposito Verbi suppleta est.

Sic ergò, dum Verbum Dei
Venire sub forma rei
In hunc mundum voluit:

In puncto formationis
Carni personationis
Ius assumptæ vetuit;

Et hoc compostum humanum
In suam assumpsit manum
Tam mirandis nexibus:

Ut binæ naturæ bona
Ab una forent persona
Novis prorsùs iuribus.

Unio hæc est formaliter relatio, extrinsecùs adveniens.

Et hanc Scotus unionem
Appellat relationem
Quæ extrinsecùs advenit:

Cui vult, quòd humanitate
In assumpta subjectatæ,
Residere convenit.

Nec in Verbo ſubjectari
Poteſt, ad quod terminari
Hinc tantùm aſſeritur;

Subjectatur in natura humana, & ad Verbum terminatur.

Quòd hoc mutabilitatem
Aut ſubjectibilitatem
Nullam in ſe patitur.

At illa ſubſtantialis
Eſt, cùm ſit ad perſonalis
Vnitatis terminum:

Eſt ſubſtantialis, quia perſonalis.

Et intrinſecam concedo:
Ut qua mediante credo
Carnem factum Dominum.

Et intrinſeca Verbo terminativè.

Non eſt ergò ſubjectivè,
In Verbo, terminativè
Sic in id reſpiciens:

Ut dum, ad id terminatur,
Perſonaliter dicatur
Carni Verbum uniens.

VI.

At quamvis carnem de facto
Verbum unionis pacto
Dumtaxat aſſumpſerit:

Natura divina ſecundùm ſubſiſtentiam abſolutam poteſt

De communi Deitate
Dico, quòd immediatè
Et uniri poterit.

Immediatè assumere naturam creatam.

Cùm enim post multos cedã,
Quòd est absoluta quædam
Deo subsistentia:.

In quo consistat hæc subsistentia absoluta naturæ divinæ.

Quæ quidem in hoc consistit
Quòd completè sic existit
Numinis essentia:

Ut huic implicet profectò,
Quod sit tanquam in subjecto,
Aut sit pars cum alio:.

Quodque suppositis detur,
Inter quæ & ipsam versetur
Realis distinctio.

Sic cùm illa solùm trinis
Communicari divinis
Possit hyposthasibus:

Talis assumptio conferret naturæ creatæ ut esset communicabilis mediatè divinis suppositis tantum.

Et cum modus subsistendi
Hic non possit deprehendi
Creatis in finibus;.

Sic potest natura Dei
Vniri creatæ rei
Subsistendi munere:

Ut assumpta res creata
A creati segregata
Suppositi fœdere,

Hac unione divinis
Mediatè tantùm trinis
Apta ſit ſuppoſitis:

Licèt diſtincta manſura
Ab his, Deique naturâ
Sui in ſphæra limitis.

Esset tamen semper distincta ab his & à Dei natura.

VII.

SICUT à cauſa profectus
Totali nequit effectus
Ab alia fluere:

Sic naturam limitatam
A Verbo iam perſonatam
Nequit Pater ſumere;

Et nequit immediate
Multâ perſonalitate
Creata res affici:

Vna natura creata nequit immediatè assumi à tribus personis divinis.

Dei tantùm infinita
Natura ſubſiſtit ita
In perſona triplici.

VIII.

AST una perſona benè
Multis ſupportandis plenè
Apta manet entibus

Nam ejus vis inexhauſta
Ut uni, ſic manet fauſta
Aſſumendis pluribus.

Vna persona divina plures naturas creatas potest assumere.

IX.

Non fuit commixtio naturarum in Christo.

Cùm ex Verbo, quod commixtū
Non est, & humano Christum
Vnum do composito :
Vnitam tali contractu
Nolo carnem, ut cum actu,
Cum Verbi supposito.

Ex duabus naturis fit unus Christus.

Sic quòd ut formam sumamus
Verbum, & illam dicamus
Veluti materiam:
Et incompletas velimus
Tanquam partes, quales scimus
Actum & potentiam.

Verbum non est actus respectu humanitatis.

Ergò cùm ibi duarum
Non fuerit naturarum
Aliqua desitio :
Conversio nec unius
In Aliam, nec istius
Cum illa commixtio

Nec ex duabus naturis est compositum rigorosum ex actu, & potentia.

Sed ambæ sint unitate
Personali sociatæ
Inconfusis entibus ;
Strictam dicunt unionem,
At non compositionem
Physicis rigoribus.

X.

CHRISTUS eſt unus ſubſiſtens
Naturis tamen exiſtens
Eſt revera geminis :

In Chriſto eſt una ſubſiſtentia perſonalis : & duplex exiſtẽtia ratione duplicis naturæ exiſtẽtis.

Humana quippe natura
Suis, velut creatura,
Exiſtit in terminis.

His adde nil deprehendi,
Quod diſtinguat exiſtendi
Modum ab eſſentia ;

Ergo ſi natura ſumi
Auditur, ſumpti præſumi
Debet exiſtentia.

X I.

STATIM ac vivificata
Eſt caro recens formata
Sancti manu Flaminis :

Incarnatio facta eſt in inſtãti animationis corporis.

In hoc inſtanti ſecunda
Perſona ſumpſit in mundâ
Eam alvo Virginis ;

Ne purus homo vocari
Poſſet, & ut hic ſignari
Ab audaci digito :

Nam complete quod exiſtit
Vel alieno ſubſiſtit,
Vel ſuo ſuppoſito.

Ergò cùm electa Parens
Cœlesti decreto parens
Ancillam se nominat :

Se facit hominem Deus,
Et se, velut esset reus,
Ab pœnam determinat

XII.

Fit communicatio idiomatum utriusque naturæ.

Et hinc Attributa viri
Personam Verbi sortiri
Rectè prædicaveris :
Homini proprietates
Dei, Deo qualitates
Hominis tribueris.

Deum,& hominem Christum,
Parem & minorem istum
Patre debes dicere :

Quòd Deus est homo verè,
Et homo Deus, sincerè
Teneris asserere.

Quòd divina, quòd humana
In Christo naturæ, sana
Vt vult fides dogmatum,

Multam prædicationem
Ob communicationem
Servant idiomatum

Et certe, si, quòd in lacte
Notæ candoris compactæ
Sunt magnæ dulcedini :

Album dulceque sunt nata
Esse sibi prædicata
Vt concreti termini ;

Verè dicendum in isto
Ex binis naturis Christo
In uno supposito :

In concreto si sumantur,
Quòd mutuò prædicantur
Modo iam proposito.

Scot in 3. dist. 7. q. 1. B. Mastr. tom. 3. disp. 2. q 11. n. 225.

XIII.

AT manu Spiritus Sancti
Facta quamvis in instanti
Humanitas fuerit :

In quo nec post neque priùs,
Quam assumptio totius,
Partium extiterit ;

Sed totum, & partes binæ
Simul fuerint divinæ
Sub personæ iuribus :

Tamen dico iuxta Scotum,
Quòd priùs naturâ totum
Sit assumptum partibus.

Humanitatis Christi conceptio, & Verbi Incarnatio facta sunt in instanti temporis. Priùs naturâ fuit unio Verbi ad totum, quam ad partes humanitatis.

Distinguendum tamen de duplici assumptione, una per modũ simplicis sustentationis, secũdùm quam partes sunt prius assumptæ.

Addo tamen, ut in ista
Quæstione cum Scotista
Mentem meam explicem:

Quòd istam assumptionem
Ut ad sustentationem
Si perpendam simplicem;

Cùm partes priores toto
Dicantur naturâ, noto
Priùs assumptibiles:

Ergò sunt assumptæ priùs
Tunc antè nexum totius
In se sustentabiles.

Vid. Mastr. in 3. disp. 1. q. 4. ar. 1. Frassen tom. 3. tract. 1. disp. 1. art. 2. sect. 3. q 1 concl. 3. pag. 112

Et hæc ita declarata
His est proportionata
Partibus assumptio:

Qua fit subsistentiarnm
Partialium earum
A Verbo suppletio.

Has tamen Verbum perfectum
Nec ut pars, nec ut subjectum
Supplet subsistentias:

Sed habet se sustentantis
Per modum, & terminantis
Harum dependentias.

Quod si personalitatem
Seu suppositalitatem
Ad plenam sit unio:

Cùm personabile totum
Sit in se primò, tunc notum
Esse satis sentio;

Quòd immediatè priùs
Assumptio sit illius
Quam partium fuerit:

Et quòd personalitatis
Ad hoc munus una satis
Unio valuerit;

Nam totius mediante
Unione, non extante
Ullâ datâ partibus;

Hypostaticè dicuntur
Verbo junctæ, nec subduntur
Sic propriis nexibus.

Verùm dum assumptionem
Ut ad sustentationem
Attendendam innuo:

Sumptæ sunt immediatè
Nec à Verbo separatæ
Sunt partes in triduo.

Altera per modũ personalitatis secundùm quam totum priùs & solum est immediatè assumptum, partes verò mediante eadem unione. Secũdùm assumptionem per modũ sustentationis qualibet pars habuit partialem unionem cum Verbo, & sic dantur tres uniones, una totalis, &

Una partiales: & hæ perstiterunt in triduo mortis Christi. Pertinentia ad integritatem humani corporis fueruut immediatè assumpta à Verbo & sic sanguis cum tribus humoribus.

Et sic bina partialis
Partes unio, totalis
Una totum afficit:

Et per modum sustentandi
Partes, totum personandi
Iure Verbum respicit.

Demum id immediatè
Sumptum, quod integritate
Est de carnis, dicito:

Et tene sanguinem trino
Cùm humore, sic divino
Unitum supposito.

XIV.

Christus ut homo non est Filius Dei adoptivus. Quia nunquã fuit extraneus Deo ob

Christus ut homo spectatus
Non patitur adoptatus
Dici Dei filius:

Namque tantùm adoptatur,
Cujus persona vocatur
In domum alterius.

At ut homo, cùm unitus
Deo, Christus insignitus
Unione fulserit:

Aliquid ipsius Dei
Erat sic, ut nunquam ei
Alienus fuerit.

Et

Et quamvis ab unione
Ut formali ratione
Non sit ejus sanctitas:

Neque sit causa formalis
Qua debita divinalis
Ei sit hæreditas;

At cùm Deo foret bono
Unitus ex nexus dono
Hoc substantialiter:

Ab hoc sanctificabatur,
Atque Dei reddebatur
Hæres radicaliter.

Et radix hæc sanctitatis
Jure cum hæreditatis
Christo dat, ut homini:

Ut nec ab extra vocatus
Nec alienus putatus
Extiterit Numini.

Sic ex nexu cum persona
Verbi de congruo bona
Jus habens ad patria;

Jure tamen ut formali
Gauderet, habituali
Indigebat gratia.

unionem Hypostaticam, per quã substantialiter erat unitus Deo, à qua radicaliter sanctificabatur, & hæres Dei constituebatur.

Et habebat saltem de congruo jus ad hæreditatem.

Seu cùm ex hac unione
Cœlestis hæres coronæ
Esset radicaliter:

Et ad gratiam habitualem, qua formaliter hæres constituebatur

Saltem de congruo nactus
Est jus ad gratiam, factus
Hac hæres formaliter.

Et sic cùm Christus, ut homo,
Nullo signo sit in domo
Extraneus Numinis:

Suam filiationem
Non finit adoptionem
Puri velut hominis.

Quia tamen sic spectatum
A Deo non cerno natum
Strictè velut filium:

Non tamen, ut homo, est rigorose filius naturalis, sed proprius.

Quapropter, in quantum talem,
Non filium naturalem
Vocabo, sed proprium.

Et hujus sic explicati
Vi nominis Trinitati
Refertur communiter:

Totius Trinitatis.

Seu filius divinarum
Est proprius personarum
Trium generaliter;

At ſuppoſitum divinum
Vt dicit, ad Patris ſinum
Spectat, à quo genitus

Filius eſt ſpecialis
Ipſius ac naturalis,
Non Verbi, nec Spiritus.

Sic quòd ſit Filius Dei
Patris Chriſtus Verbum, ei
Hoc dat Generatio;

Quòd Chriſtus homo ſit talis,
Idiomatum ſponſalis
Dat communicatio.

Tandem qui naturam binam
In Chriſto, nempè divinam
Et humanam, credimus:

Binam filiationem
Propter generationem
Binam ei tradimus.

Sed nec adhuc ibi ſiſto:
Nam filiatio Chriſto
Eſt quædam ut homini:

Per Quam, non adoptione,
Sed & propriè, coronæ
Fuit hæres Numini.

Vt dicit ſuppoſitũ divinum, eſt filius naturalis & ſpecialis Patris.

Chriſtus ut verbũ, eſt filius patris ob generationem æternam.

Vt homo, dicitur talis per communicationẽ idiomatum.

Et in eo ſunt duæ filiationes naturales.

Et filiatio talis
Rigorosè naturalis
Non patet, & propriè:

Nec in generatione
Fundatur, sed unione
Et habitu gratiæ.

Et hæc est, quam dũ tractamus,
Vt homini, Christo damus
Esse Dei filium;

Ex scriptura prælucente,
Et concorde Patrum mente
Appellantes proprium.

Christus dicit relationem filiationis ad matrẽ à generatione æterna distinctã Subjectam in natura humana.

XV.

VERA filiatione,
Non qua Patrem ratione
Christus Matrem respicit,

Sed si quæras à scotista,
Vbi reponatur ista
Quam in sæclo recipit?

Dicet, quod ex nostra schola
Natura subesse sola
Potest accidentibus:

Ipsa namque, non persona,
Substare potest, & prona
Est relationibus;

Nam ſubtilis luce mentis
Eſſe duplex accidentis
Subjectum eſt traditum :

Naturam inhæſionis,
Et denominationis
Vocamus ſuppoſitum.

Iam, ut dictum probem meum
Palam dico, Patrem Deum
Poſſe carnem ſumere :

Probatur conclusio paritate.

Ergò filiationem
Ob naſcendi rationem
Deberet accipere ;

Tunc referretur ad matrem,
Non per id quod eum Patrem
Ab æterno diceret :

Sed nova relatione,
Quam nova productione
Naſcendo reciperet.

Ergò dum noſtra natura
Ortum ſumens ſui iura
Amittit ſuppoſiti,

Eſt capax, in qua fundentur
In qua quoque ſubjectentur
Reſpectus oppoſiti.

Attamen B.V. est Mater Dei, quia Deum verè genuit.

Virgo tamen Mater Dei
Est verè: nam Iesus mei
Quia carnem genuit:

Et cum hæc sit Dei caro,
Quam Verbum nexu tam raro
Copulari voluit.

Cum, inquam, qui generatur
In ea, sit Deus, datur
Ei iusta ratio:

Vt Mater Dei vocari
Debeat, & reputari
Invito Nestorio.

XVI.

Christus ut homo est servus Dei servitute quadam naturalis dependentiæ.

Quòd Christ' ut homo, servus
Sit Dei, magnus acervus
Scripturarum indicat:

Adest quoque rationis
Pondus, quod assertionis
Hujus nodum explicat.

Nam ejus humanitatis
Est creatrix Deitatis
Suprema potentia:

Ergò ius habet, ut illam
Vel reducat in favillam
Vel inter non entia.

Quo ſenſu ſe Pſaltes ille
Dei ſervum, & Ancillæ
Ejus vocat filium:

At quis neſcit ſic loquentem
Prophetam vices gerentem
Meſſiæ fidelium?

Quia tamen in hoc ſervo
Tria, quæ fulgent, obſervo,
Et non ſunt in aliis:

Non tamen propriè ſervitute legali.

Nempè, quòd ſummi decoris,
Quòd virtutis & honoris
Gaudet privilegiis:

Quòd ſedet ad dextram Dei,
Quòd Divinitatis ei
Sunt datæ divitiæ:

Quòd habet congrua jura,
Ut ſit herus ex natura
Cœleſtis familiæ;

Hinc ſervitute legali
Servum nego, noſtra quali
Subduntur mancipia:

Et hoc eſt, quòd voluerunt,
Quando ſervum negàverunt
Antiqua Concilia.

Nec mirum : nam adoptatum
Si propterea negatum
Filium censuerint :

Vide, quam justo consensu
In legali dictum sensu
Servum prohibuerint.

XVII.

In Christo fuit duo intellectus.

QUIA per fidei rectum
Dogma binum intellectum
In Christo recolimus ;

Et de divino tractatum
Est in prima parte, statum
Humani jam tradimus.

Ibi agitur de humano, & de scientiis ac notitiis ipsi competentibus.

Cùm ergò comprehensoris
Cum quiete, viatoris
Simul cursum fecerit :

Justæ probant rationes,
Quòd status perfectiones
Utriusque clauserit.

Fuit in eo triplex scientia.

Apud Patres ergo cerne,
Ut homini Christo ternæ
Quòd erant scientiæ ;

Duplex juxta viæ statum
Erat ei, per beatum
Una lumen patriæ.

Indè patet, quòd haberet
Infusam, cùm possideret
Tam miranda lumina:

Infusa.

Quòd, quē nunquàm erudivit
Schola terræ, tamen scivit
Scripturæ volumina:

Et cum Lucas apud Deum
Profecisse narret eum,
Et coram hominibus:

Aquisita, seu experimētalis.

Experimentalis ritè
Probatur seu acquisitæ
Profecisse gradibus.

Non conveniunt Doctores,
Quid per infusæ splendores
Ei notum fuerit:

Quid noverit per infusam per se.

Objectum ego divinum,
Seu Deum Vnum & Trinum
Dico, quòd cognoverit.

Quòd calluerit cunctorum
Arcana mysteriorum
Supernaturalium:

Quòd cognoverit absentes
Et futuros, & præsentes
Cogitatus cordium.

XVIII.

Quòd & conditionata
Sint ei manifeſtata
Atque contingentia;

Sic & ei notas putes
Theologicas virtutes
Donáque cœleſtia.

Demum adhuc puto verum,
Quòd infuſam per ſe rerum
Accepit ſcientiam:

Quarum, proprio labore
Homo nequit, ac ſudore,
Habere notitiam.

XIX.

Quid noverit per infuſam per accidens.

Dic, & quòd fuit in eo
Talis largiente Deo
Cognitio reſidens:

Acquiſita per ſe licèt,
Quæ tamen in eo micet
Infuſa per accidens.

Et ſic ei nota cano,
In ſcientiis humano
Quæ diſcuntur ſtudio:

Quæ diſcere potuiſſet
Is per ſe, ni præceſſiſſet
Cœleſtis infuſio.

Sicque novit quidditates
Ac rerum proprietates
Et ipſarum ſpecies :

Sic & vniverſi nota
Eſt eidem norma tota,
Et aperta ſeries.

Ei nobiliſſimorum
Orbis individuorum
Eſt data cognitio;

Et his quidem dives donis
A ſuæ Conceptionis
Extitit initio.

Sic infuſis ſpeciebus
Pro noſcendis plena rebus
Mens habitualiter :

X X.

Ad libitum vtebatur,
Cùm occaſio dabatur,
Eis actualiter.

At quæ Chriſtus acquiſitâ
Experimentali ſcita
Objecta perceperit ?

Quid noverit per ſcientiā acquiſitam, ſeu experimentalē.

Dico, quòd intuitivè
Hæc per vim intellectivæ
Potentiæ noverit :

Quæ ſphæram capacitatis
Et nativæ facultatis
Cingebant præſentia:

Seu materiâ conſtarent,
Seu prorsùs illâ vacarent,
Quæque ſingularia.

Per illam ei patebant,
In cordibus quæ latebant:
Secreta præſentibus;

Per illam intuitivis
Atque rememorativis
Fungebatur actibus.

Et cùm multi putent verum,
Quòd intuitivè rerum
Poſſit ſciri quidditas;

Dico, quòd rei præſentis
Quidditatem Chriſti mentis
Sic novit activitas.

Et quia conceptionis
Ab inſtanti rationis
Vſum Chriſtus habuit:

Nec ſenſibus mens illius
Alligata verti priùs
Ad phantaſma debuit;

Dico, quòd incepit tali
Ex tunc experimentali
Fulgere ſcientiâ:

Et quomodò in ea profecerit.

Et quòd temporis progreſſu
Notitiarum acceſſu
Crevit ſapientiâ.

Nec ex eo quòd creſcebat,
Dum ſic res intelligebat
In genere proprio:

Nec tamen dicitur ignoraſſe aliquod diſcendum.

Putes, quòd indè concedam
Eum ignoraſſe quædam
In vitæ primordio.

Nam ſciebat matutinâ
Id omne, quod veſpertinâ
Diſcebat indagine:

Seu, quod viator diſcebat,
Vt comprehenſor ſciebat
Id beato lumine.

Quia eam ſciebat per ſcientiam beatam.

Et ſic, eum neſcientem
Aut notitia carentem
Nullatenùs ſentio:

Cum in Verbo videns ſciret,
Quæ videnda ſic neſciret
In genere proprio.

Scientia Beata.

In sua conceptione
Plenam Dei visione
Animam hinc habuit:

Quandò eam habere inceperit.

Quòd donum hæreditatis
Huic, ut cæteris beatis,
Differri non debuit.

Cum enim sit nobis certum,
Quòd ante mortem apertum
Vultum vidit Numinis:

Est veritas comprobata,
Quòd non est ei dilata
Beati fax luminis.

Et quid per eam noverit.

Sed quid in Deo discernat;
Quot & quas humano cernat
Creaturas spiritu?

Sensus quorumdam arridet,
Quòd cernat, quot Deus videt;
Non actu, sed habitu.

Sic, quòd Christo dum in Deo
Tot monstrantur, quot ab eo
Cognoscuntur entia:

Cuncta simul non advertit,
Sed ad quæ vult se convertit
Finita potentia.

X. X I.

Christus duas voluntates
Et nativas libertates
In se iubet dicere :

Nam binum rationale
Esse, quod agnoscit, tale
Dogma cogit credere.

In Christo sunt duæ voluntates, divina & humana.

Hic autem eam tractamus,
Quam ipsi creatam damus
Voluntatem hominis;

Et hanc, utpote finitam,
Nolumus ita munitam
Esse manu Numinis :

Et hæc non erat omnipotens, nec causa physica; sed moralis miraculorũ.

Vt ei miraculorum
Ejus iussu patrandorum
Physica vis fuerit ;

Nam & implicante tali
Reputamus quòd morali.
Ibi vi potuerit.

Ex hoc & omnipotentem
Negamus, quamvis iubentem
Cunctus orbis sentiat ;

Cùm non Physicam per manũ,
Sed per moralem, humanum
Velle suum faciat.

Ergo Deus agens solùm
Physicè, cœlum & solum
Ejus subdens jussibus:

Vim divinæ potestatis
Humanæ pro voluntatis
Exercebat nutibus.

XXII.

Verbum non assumpsit naturam humanã mediante gratia.

VERBUM humanam naturam
Assumpsit equidem puram,
Sed carentem gratiis:

Nam priùs esse persona
Debet, quam reddatur bona
Ullis adventitiis.

Undè nullo priùs pono
Compostum humanum dono
Fuisse dispositum,

Ut, illo non mediante
Jungi nequiverit antè
Ad Verbi suppositum.

Quapropter immediatè
Naturæ prioritate
Fuit Incarnatio:

Quam fieret gratiarum
Ulla vel scientiarum
Assumpto collatio.

XXIII.

Sic autem habituales
Gratias, & actuales
Cœpit ab initio:

Quia munus Redemptoris
Hoc petebat, & Doctoris
Optabat conditio.

Sed non habebat ex eo,
Quòd conjungeretur Deo
Jus strictum in gratiam:

Nam si Deus voluisset,
Assumpto non contulisset
Aliquam justitiam.

Sed dic, quòd ex congruenti,
Et ex amore decenti
Factum est à Numine:

Ut post tantam unionem
Haberet perfectionem
Tanto dignam nomine.

Et hic fuit negativè,
Cum repugnet positivè,
Infinitus habitus;

Id est gratia causari
Hac major nequit, par dari
Tamen potest penitùs.

Christus in principio esse suæ humanitatis accepit omnes gratias.

Non tamen ei rigorosè debebantur ex vi unionis, sed de congruo.

Gratia habitualis Christi fuit summa, seu infinita negativè.

Nam, si Pater Incarnetur,
Quod posse clarum videtur,
Par erit in gratia:

Si Paraclitus fit homo,
Volet in assumpta domo
Dona non imparia.

XXIV.

In Christo nec fuit nec esse potuit peccatum originale, nec fomes peccati.

In Christo non fuit fomes,
Neque culpa fuit comes
Illius originis:

Imò repugnabat dari,
Quia nil debebat mari
Puræ fœtus Virginis.

Et hinc patet, quòd perfecta
Christi mens, & suis recta
Semper in operibus,

Non indigebat gratiis excitantibus actualibus, sed tantum auxiliantibus.

Non egebat excitari,
Nec ad actum provocari
Gratiarum motibus.

Verùm hac voluntas munda
In quantùm causa secunda
Dependens à Domino,

Per actuales concursus
Egebat pro sui cursus
Adjuvari termino.

Ita quòd adhuc extante
Unionis dono tantæ
Cum habitu gratiæ:

Adjutrices requirebat
Actuales, cùm agebat
Opera justitiæ.

XXV.

Fidelis autem memento,
Quòd primo vitæ momento
Iesvs-Christvs meruit:
Nam, cùm esset vir perfectus,
Et ope Dei provectus
Tunc mereri potuit;

Meruit in primo instanti suæ conceptionis.

Et statum comprehensoris
Sic cum statu viatoris
In se jungens invicem:
Dum Deum gaudens videbat,
Hinc laborans non habebat
Ad merendum obicem.

Explicatur ratio merendi in Christo, & quomodò fuerit simul comprehensor & viator.

Cúmque per Dei conspectum
Omninò plenum affectum
Haberet justitiæ:

Et esset superiori
In parte plenus majori
Thesauro lætitiæ;

Hæc tamen non redundabat,
Quia Deus ſic vetabat,
Ad affectum commodi :

Idcircò capax laborum
Erat, atque meritorum,
Et fructus omnimodi.

Quãvis non poſſet non adimplere præcepta Dei.

Licèt autem ſic unitus
Eſſet ejus appetitus
Sanctitatis regulæ :

Ut injunctis non parere
Non poſſet, & ſubjacere
Refractoris maculæ ;

Erat tamen liber ab intrinſeco.

Ejus tamen voluntatis
Sinus plenus libertatis
Erat ab intrinſeco :

Non ab extrinſeco.

Et ſic meritum habebat,
Qui libertate carebat
Tamen ab extrinſeco.

Ob denegationem concurſus parati ad utrũ libet.

Nempe, propter denegatum
Dei concurſum paratum
Partes ad oppoſitas:

Non erat libertas ei
Proxima, ne leges Dei
Adimpleret traditas.

Et quamvis ne dum moralis
Impeccabilitas talis
Esset, sed & Physica:

Et haberet firmitatis
Plus quam justis confirmatis
Gratia det cælica;

In quibus dum manu Dei,
Ne fiant excessu rei,
Adest confortatio:

Tamen parati concursus
Ad vtroslibet occursus
Non est denegatio.

At remotæ libertatis,
Qualis datur in beatis
Christus habens cumulum:

Quia Deus si volebat,
Hæc ei sufficiebat
Ad meriti titulum.

Nam quamvis sciam doceri,
Nil beatos jam mereri;
Quia sunt in termino:

Horum acceptari facta
Ad meriti justa pacta
Poterunt à Domino,

Et sic ejus impeccabilitas est physica.

Vid. Mastr. in 3. disp. 3. q. 9. ar. 1. n. 356. & ar. 3. n. 389. & seqq.

Vt est in beatis.

Quæ libertas ex dispensatione Dei ei sufficiebat ad meritum.

Quamvis beati nil cum ea mereantur, possēt tamen absolutè Deo volente.

Ergò Deo nil obſtabat,
Quin dum Phyſicè mandabat
Chriſtum impeccabilem:

Ejus tamen actionem
Ad meriti rationem
Vellet ordinabilem.

Et quã vis regulariter proxima libertas requiratur in viatore ad meritum.

Et quamvis in viatore
Puro, meriti valore
Ut gaudeat actio:

Libertatis expeditæ
Proximo, quo fiat ritè,
Subſit exercitio.

Poteſt abſolutè ſufficere remota, ſi Deus velit.

At non hujus abſolutè
Conditionis ſtatutæ
Eſt tanta neceſſitas;

Quin poſſit rei patratæ
Cum remota libertate
Eſſe pretioſitas.

Concluditur Chriſtum non fuiſſe liberum proximè, ſed remotè.

Ergò Chriſtus ſimul viam
Currens, & poſſidens piam
Metæ pacem optimæ:

Puri modò viatoris
Velle jus liberioris
Non habebat proximè.

XXVI.

Per actus antecedentes
Non promeruit ingentes,
Doni terni titulos:

Nempè, sacram unionem,
Fœlicemve visionem
Aut gratiæ cumulos.

Illa namque tria dona
Cuncta præcesserunt bona
Ejus exercitia:

Et verè semper concedes,
Quòd non cadunt sub mercedes
Meriti principia.

Fecit tamen actus tales,
Quibus luces immortales
Meruisset animæ:

Si priusquam meruisset,
Hæc repleta non fuisset
Visionis optimæ.

Sibi laudem & honorem,
Et immortalem splendorem
Corpori promeruit;

Tandem rectè fari potes,
Quod multas præclaras dotes
Per mercedem habuit.

Non meruit sibi unionem hypostaticã nec gloriam, nec gratiam.

Hæc sunt principia meriti, quæ sub meritum cadere nequeũt.

Potuisset sibi mereri gloriã, si eam non habuisset.

Plura sibi meruit, inter quæ corporis sui glorificationem.

XXVII.

Meruit hominib. post lapsum Adæ omnes gratias habituales & actuales.

Post lapsum habituales
Meruit, & actuales
Gratias hominibus:
Ut nos Paulus, & scriptura
Docent lectione pura
In multis capitibus.

Nam in hoc redemptionem,
In hoc benedictionem
Habemus, & gratiam;

Hic nos lavit à peccatis,
Hic dat vitam, hic dat gratis
Iter ad justitiam.

Non tamen meruit nobis gratuitam electionẽ ad gloriam.

Hanc tamen antecedentem
Nos prædestinandi mentem
Ad æterna munera
Deus habet, non respectis
Meritis Christi perfectis,
Voluntate libera.

Meruit executionem, & media.

Sed tamen ad exequendum
Et ad finem perducendum
Hoc suum propositum,
Decrevit, quòd nemo verè
Media possit habere,
Quam per Christi meritum.

Qua

Quapropter & Angelorum
Atque Parentum primorum
Prima quæque gratia,

Meruit gratiam Angelis, & primis parentibus

Dum à Deo dimanavit,
A prævisâ derivavit
Christi reverentiâ,

Hincque caput Angelorum
Est, & jure meritorum,
Quibus illos superat:

Quomodo sit caput Angelorum, & quomodo hominũ.

Est & generis humani,
Ut influxu doni sani
Ægrum cœlis asserat.

XXVIII.

Nunquid tu Scote, dixisti,
Quòd malles in laude Christi
Mensuram excedere:

Scoti æstimatio de merito Christi in 3. d.13.q.1.

Quam ejus prærogativis
Verbis non sat expressivis
Aliquid detrahere.

Et tamen en à cohorte
Cui robur est satis forte
In hoc loco carperis:

Iesu Christi veri Solis
Merita supremæ molis
Quòd extenuaveris.

Dicunt, quòd hæc nimis trita
Indè facis, quòd finita
Defendis simpliciter:

Et quòd ex personæ parte
Ea tractans nimis arctè
Lædis aliqualiter.

At tu, qui naturas rerum
Expendis ad pondus verum
Non in solo cortice:

Non negas quidem in Agno,
Quòd meritum non sit magno
Valoris in vertice;

Scis enim sic meruisse,
Et meritis excesisse
Omne datum præmium:

Vt, sicut benè concedis,
Datæ valori mercedis
Adhuc desit pretium.

At in casu pater isto,
Quòd humana sit in Christo
Voluntas fons operis:

Ergò, cum sit limitata,
Cuncta per eam patracta
Finiti sunt generis.

Taxatur tamen à quibusdã quòd illud nimis extenuaverit.

Eò quòd illud dixerit non esse ab intrinseco & simpliciter infinitũ.

Exponitur ejus sententia & deffenditur.

Summum valorem in operibus Christi concedit Omne præmium eis collatum excedentẽ.

Meritum

Patet quoque quòd voluntas
Vt habet ſibi conjunctas
Summæ vires gratiæ :

Christi eſt ab intrinſeco finitum, in quantum eſt elicitivè à voluntate finita cum gratiæ negativè tantùm ſumma, non poſitivè.

Illius, quæ ſtat ſuorum
In Viſceribus actorum,
Eſt cauſa juſtitiæ.

Aſt cùm rerum finitarum
Hæc ſummitas gratiarum
Non ſit extra numerum :

Infinitum negativè
Reddet, & non poſitivè
Chriſti pondus operum.

Vndè iuxta qualitatem
Et internam entitatem
Hæc librans ſubtiliter,

Dicis, quod, ut ſic, ſpectata,
Sunt ſumma, ſed ut creata,
Finita ſimpliciter.

Addis tamen, & hoc verè,
Nomen actuum ſolere
Transfundi ſuppoſitis :

Actiones quomodò dicuntur de ſuppoſitis.

Et, quòd licèt in natura
Pro cauſandis inſint iura
Actibus elicitis;

Tamen denominativè,
Quamvis non elicitivè,
De personis dicitur,

Quidquid sibi substratarum
A validis naturarum
Potentiis agitur.

Dignitatem & valorem accipiũt opera ex dignitate suppositi.

Vndè quoque res patratæ
Quadam gaudent dignitate
Ex personæ gradibus:

Et quo major est persona,
Eò magis facta bona
Augentur splendoribus.

Non tamen amittunt intrinsecam entitatis suæ finitatem, licèt suppositum sit infinitum. ut est in Christo.

Nunquam tamen, ab agente
Quam sumpserunt influente,
Finitatem exuunt:

Nec ex hinc infinitatem
Intra suam entitatem
simpliciter induunt.

Et hoc reverà contingit,
Cùm naturam non attingit
Sua personalitas:

Sed ipsi datur externa,
Per quam ipsius interna
Non aufertur finitas.

His à Scoto ſpeculatis
De Chriſti per vim patratis
Humanam vult actibus:

Dicit inquam, quòd ex eo,
Quòd tribuerentur Deo
Ex perſonæ iuribus;

Mox in ipſis redundabat,
Quam perſonæ nexus dabat,
Aperta congruitas:

Ut acceptaret valoris
Nullo præmio minoris
Ad pondus Divinitas.

Sed poſt hanc congruitatem
Non ſtatim condignitatem
Sumpſiſſent ad præmium:

Niſi proximum valorem
Per gratiarum vigorem
Hauſiſſent cæleſtium.

Cùm enim ab unione,
Ut formali ratione,
Non ſit Chriſti ſanctitas:

Non ab illa, ſed à dante
Sanctitatem, fuit tantæ
Mercedis condignitas.

Opera Chriſti humana ex ſuppoſiti dignitate qualia.

Habebãt Indè congruitatem ad omne pramiũ.

Condignitatem ſuam nõ habebant pracisè ex unione hypoſthatica, ſed ex gratia ſanctificante.

Condignitas operũ Christi ad præmium in actu primo spectata dicit gratiam habitualẽ. Et in actu secundo dicit acceptationem extrinsecã Dei. Qui ob unionem hypostaticam ea ad omne præmium acceptavit. Et sic meritum Christi ex dignitate personæ constituitur

Vndè pro condignitate
In actu primo collatæ
Requiruntur gratiæ:

Ut quæcumque Christi facta
Apta sint, ut fundent pacta
Proximæ justitiæ.

Et mox in actu secundo
Condignitatem hanc fundo
Cum subtili lumine,

In hoc, quòd sic operata
Ad mercedem acceptata
Sint à justo Numine.

Et cùm in iisdem Numen
Videat splendere lumen
Divini suppositi,

Quod eorum dignitatem,
Et acceptabilitatem
Omni præfert limiti:

Sic acceptat illa verè,
Sicut supremum tenere
Advertit fastigium:

Quod quidem culmen perfectũ
Si vis habere respectum
Ad cunctum hoc præmium,

Quod in terra viatores,
Vel in cœlo possessores
Sumpserunt à Domino,

Tractu distat infinito,
Licèt ipsum sit finito
In se clausum termino.

Ita, quòd verè de facto
Nullo sit solvendum pacto
Summum Christi meritum:

Quia nullum ordinatum
Est adhuc, quod adæquatum
Sit ad ejus ambitum.

At ut tale posset esse,
Non tamen foret necesse
Infinitum afferi;

Nam id & à parte rei
Infinitâ manu Dei
Actu nequit fieri.

Sed debet sic adæquari,
Vt sicut meritum dari
Nequit excellentius:

Nec possit ex ratione
Dignificantis personæ
Vllum esse dignius;

in supremo ordine meriti. Excedit omne premium concessū. Et de facto omne concedendum. Vt tamen assignari posset ei adæquatum non necessariò esset infinitum simpliciter Cùm & tale implicet creari. Sed esset infinitū infinitate ordinis, eo modo quo meritum est infinitū.

Et nobiſcum idem volunt,
Infinitum hoc qui nolunt
Meritum intrinſecè :

Sed, ob culmen perſonale,
Accidentariò tale
Dicunt, & extrinſecè.

Et quod illud acceptavit
Deus, ſicut poſtulavit
Suppoſiti dignitas;

Sic quòd vincat delictorum
Gravitatem, nec reorum
Obſtet numeroſitas.

Hincque patet, tantum eſſe,
Ut infinitis prodeſſe
Valeret hominibus:

Et ſi foret infinita
Multitudo, ſat pro vita
Sufficeret omnibus.

Dices : à Chriſto delendis
Eſt in mortalibus mendis
Infinita gravitas :

Ergò major in ſacratis
Factis Chriſti, quam peccatis
Noſtris eſt infinitas.

Meritum Chriſti cum quibuſdam dici, poteſt, non intrinſecè, ſed extrinſecè & accidentario infinitum. Excedit ſua dignitate gravitatem quorumcumque delictorum noſtrorũ. Et eſſet ſufficiens infinitis hominibus ſi darentur. Objectio de gravitate peccati mortalis.

Sed ego culpam interno
Cum suo quamcumque cerno
Finitam respicio:

Et tantùm terminativè,
Seu, ut dicunt, objectivè,
Infinitam sentio.

Sed quid est infinitatis
Hæc moles & gravitatis,
Culpæ quàm in genere

Non posse majorem dari,
Quam in Deum rebellari
Omni dignum munere?

At majestas ignorata
Dei, num reddit peccata
Nostra minus gravia:

Et num hinc à gravitate
De læsa Divinitate
Magis fiunt levia?

Ast omnes Christus ob Deum
Dum fecit actus, num eum
Mens direxit lucida:

Nunquid egit charitatis
Æstu plenæ voluntatis
Potestate fervida?

Responsio. Peccatum est intrinsecè finitum, extrinsecè aliqualiter infinitum.

In quo consistat hæc infinitas.

Ignorantia de Dei majestate valdè minuit gravitatem peccati.

Christus opera sua bona fecit plena scientia, & perfectissime amore.

Ergò vides, quantùm bona,
Quæ de divina personâ
Proficisci dicimus;

Longè superent peccata,
Quæ divinam terminata
Ast offensam facimus.

Et ideò adhuc valdè superant gravitatem peccatorum.

Vndè pro diversitate,
Quæ stat in infinitate
Culparum & meriti:

Et debitum per ea contractum.

Scias, quòd Christi cruoris
In gutta plus est valoris,
Quam in reis debiti.

Et culpis pro cunctis mundi
Expiandis Agni mundi
Suffecisset lachryma:

Nisi, pro dilectione
Sua summa, lotione
Nos lavisset optima.

Quarè cum amore pœnas
Intenso dolore plenas
Crucifixus pertulit:

Satisfactio Christi est de condigno.

Et ut, scriptura designas,
Pro nostris culpis condignas
Patri plagas obtulit.

Condignæ profectò dixi,
Nec post mortem Crucifixi
Vllum restat debitum;

Imò superabundans, & copiosa.

Imò longè solvit plura,
Quam optarent stricta jura
Persolvi per obitum.

XXIX.

Opinio Scoti, quòd Christi satisfactio non fuerit de toto rigore justitiæ, ab impugnantibus vendicatur.

Sed est ibi, Scote, quædam,
Quæ te sibi rursùs prædam
Facit exprobratio:

Quòd, ut merita valorem,
Apud te perdit rigorem
Christi satisfactio.

Sed his non motus censuris,
Verbis respondes securis
Et immota facie:

Quòd dices, pro mundo toto
Tunc satisfactum de toto
Rigore iustitiæ;

Rationes pro hac sententia.

Cùm Christi quæcumque bona
Dei non fuisse dona
Datoris monstraverint:

Cùm à Christo solutore
Aliàs sub creditore
Non ponenda dixerint:

Si monſtrent: quòd pleno iure
Erant Chriſti, non naturæ
Auctoris & gratiæ;

Hæc inquã, ſi monſtrent Scoto,
Nil negabit hîc de toto
Rigore juſtitiæ.

Sed cùm hæc non ſint dicturi,
Aut ſi dicant, probaturi
Non erunt in ſæcula;

Reſtat contra tantos viros
Sermones hîc Scoti miros
Eſſe ſine macula.

Non ergò quid derogavit
Chriſto, ſed inveſtigavit
In ſcholæ ſcrutinio:

Per quã nihil detrahitur ſatisfactioni Chrij

An cujuſque debitoris
Bona, Dei creditoris
Sic ſubſint dominio:

Vt hæc, quam ex omni parte
Rigoroſam iuris chartæ
Appellant juſtitiam,

Sit danda reſpectu Dei,
Vt in ſoluto nil ei
Sit cauſam ob aliam.

XXX.

An pura creatura potuerit pro peccatis satisfacere de condigno.

An autem pro nobis pura
De condigno creatura
Potuisset solvere:

Seu, an Verbo non unita,
Gratiis tamen munita
Cœlum nobis pandere;

An inquam, sic homo purus
Redemptor esset futurus,
Sicut Christus extitit:

Si Deus donaret ei
(Tolle Verbum esse Dei,)
Quidquid Christo præstitit.

Ratio partis affirmativæ.

Affirmativa pars Scoti
Ejus scholæ grata toti
Hinc probari poterit;

Quòd gravitas offensarum
Rerum fines finitarum
Ab intra non præterit:

Et quòd hoc infinitatis,
Quod divinæ majestatis
Contrahunt ex termino,

Poterit à creatura
Per oblata bona plura
Tandem solvi Domino.

Exemplum tradunt Scotistæ
De rege, qui si quid triste
Ferret ab homunculo,

Non obstante dignitatis
Gradu, læsum paritatis
Excludente titulo,

Offensor tamen per multas,
Quas inferret sibi mulctas,
Et per crebra munera;

Ut si pro rege se morti
Exponeret corde forti
Plura ferens vulnera:

Vt si decus, & honorem
Ipsi per sui valorem
Compararet brachii:

Vt si pagos & castella,
Et urbes ipsi per bella
Vi subderet gladii:

Hic, inquam, mediatore
Carens nato cum fulgore
Cunas intra regias,

Expiaret de condigno,
Quascumque Monarchæ digno
Fecisset injurias.

Peccati gravitas non habet proportionem arithmeticā cum infinitate Dei neque propriè geometricā, quia hæc propriè non datur finiti ad infinitū. Cùm argueret infinitatem parē in utroque, & consequēter proportionē arithmeticam.

Non enim læsæ personæ
Peccatum proportione
Crescit arithmetica:

Imò, si loquamur verè
Nec proportione merè
Crescit geometrica.

Nam si læsæ majestatis
Divinæ pro dignitatis
Plus quam mille gradibus

Vnus in deformitate
Gradus & in Gravitate
Addatur sceleribus:

Cùm Dei perfectiones
Infinitas milliones
Graduum contineant:

Sequetur, quòd gravitates
Peccatorum unitates
Infinitas habeant.

Vndè si res esset ita,
Culpa foret infinita,
Non tam aliqualiter:

Quam cum læsa majestate
In sua par gravitate
Foret & simpliciter.

Nam cùm apud cunctos tritum
Sit, quòd unum infinitum
Aliud non superet:

Infinitum unitatum
Infinitum replicatum
Millionum faceret.

Et hæc est, quæ magistrorum
Vnanimiter cunctorum
Mentes movit ratio:

Dum ajunt, quòd limitati
Ad infinitum collati
Est nulla proportio;

Ut enim jam dixi satis,
Illis qui vellet collatis
Dare geometricam:

Ob allatam rationem
Statim & proportionem
Daret arithmeticam.

Quæ sit proportio gravitatis culpæ ad læsam Dei majestatem

Ex quo culpæ gravitate
Sic sunt proportionatæ
Cum offensi culmine:

Vt modo quodam morali
In supremi summo mali
ordine

Hinc infertur potuisse puram creaturā satisfacere de condigno pro peccatis nostris per opera facta in gratia.

At sic potest creatura
Offerre Domino thura
Et precum & operum :

Vt, iis dignificatis
Per gratiam sanctitatis,
Sit purgatrix scelerum ;

Et quòd ad æqualitatem,
Iustamque condignitatem
Deo satisfaciat :

Et suæ, vel alienæ
Culpæ mortis tabo plenæ
Iacturas resarciat.

Cōmendatio meritorum, & satisfactionis Christi supra omnia possibilia pura creaturæ. Ex dignitate personæ.

In eodem sensu tecum
In his sum, Scote, sed cæcum
Hîc adhuc me fateor :

Et nodum tanti momenti
Dum non adhuc meæ menti
Resolvisse vereor ;

Instructus tuâ doctrinâ
Dico, quod Christum divina
Persona sic extulit :

Vt nulla sit creatura,
Quamvis foret tot passura,
Quanta Christus pertulit,

Quæ posset unquam tam digna
Dare meritorum signa
Quæcumque per opera:

Et cujus æquarent pœnæ
Redimentis plùs quàm plenè
Summa Christi munera.

Vndè, quidquid sit, an puræ
De condigno creaturæ
Sat fecisset passio:

At hæc nunquam foret talis,
Iesu Christi summa qualis
Fuit satisfactio.

Nec indè traxisset reus
Redemptionem, quam Deus
Misit Christi manibus:

Id est, supereffluentem,
Et plus debiti solventem,
Quàm sit culpis omnibus.

Et hîc nota, Christiane,
Quòd hæ repugnantes, sanæ
Sunt ambæ sententiæ:

Et quòd utraque se piam
Deo per diversam viam
Sua monstrat facie.

Negans plus dat majeſtati
Dei, pluſque gravitati
Attribuit ſceleris:

Dum pro ſatisfactione
Condigna, negat perſonæ
Divinæ ius cæteris.

At affirmans plus amori
Dei dat, dum Verbum mori
Carnem factum ſtatuit:

Quandò nos ſatis per puram
Sibi gratam creaturam
Redimere potuit.

Quidquid ſit autem, an mentis
Affirmativam tenentis
Vera ſit opinio:

Certè patet, quod de facto,
O Deus, quo mortem pacto
Uoluiſti Filio:

Quòd hinc monſtras majeſtatis
Tuæ culmen, & peccatis
Quam fœda ſit gravitas:

Item, & nobis oſtendis,
Quam ardens pro redimendis
[illegible] ſit Charitas.

TRACTATVS VI.

DE GRATIA, IVSTIFIcatione & merito.

I.

De fide est dari gratiam gratum facientẽ.

DONUM supernaturale
Internum, Spirituale
Ex fide discutiam :

Deo gratos facientem
Nos nobis perficientem
Describendo gratiam.

Ex fide dixi : nam certè
Nobis non constat apertè
Rationis lumine :

Sed humanæ creaturæ
Infundi docent scripturæ
A benigno Numine.

II.

Divisio gratiæ in habitualem & actualẽ.

HÆC in habitum manentem
Et in actum commoventem
In Scholis dividitur :

Seu nomen habitualis
Vna fert, & actualis
Altera dignoscitur.

III.

Definitio gratiæ habitualis. Prior, quæ donis fœcunda,
Per quam fit anima munda
Plenaque justitiæ:

Est forma spiritualis,
Per quam mens rationalis
Fit decora facie.

Ejus effectus formalis. Cùmque donet sanctitatem,
Secum culpæ fœditatem
Non finit mortiferam,

Sic ejus est, ut decore
Mentem donet, & fœtore
Mortis reddat liberam.

Effectus productus. Hæc quoque præter formalem
Hunc effectum, habet talem,
Qui productus dicitur:

Concurris, ut principiũ effectivũ ad actum meritorium. Quòd concurrat effectivè
Ad opus animæ vivæ,
Merendo quod agitur.

Ejus divisio in primam, & secundam. Quia verò sæpè datur,
Ut justo novus addatur
Gradus hujus gratiæ:

Hinc ei scholæ profundæ
Nomen primæ vel secundæ
Donarunt justitiæ;

Sic, ut quæ, priùs non grato,
Cùm datur justificato,
Prima dici debeat:

Cum autem additur bono
Iam grato, tunc ei dono
Quod secundâ fulgeat.

IV.

Definitio gratiæ actualis.

At actualis vocatur,
Quæ per modum actus datur,
Et est Dei motio;

Qua supra vires naturæ
Elevantur creaturæ
Quibus in est ratio:

Vt sic actus operentur,
Ad quos infirmæ censentur
Ex propriis viribus;

Mentis illustrationem
Dante Deo, motionem
Et mittente cordibus.

V.

Multiplex ejus divisio.

Eam scholæ diviserunt
[illegible]t multiplicem dixerunt
[illegible]x plurimo munere:

Id est juxta quòd à Deo
[illegible]itur ad bonum, vel reo
[illegible]trahens ab opere.

Nam per unam excitamur,
Stipamur, & adjuvamur
Operantes aliâ :

Modo fert prævenientis
Nomen, modo ſubſequentis
Munus agit gratia.

Præcipua & difficilior in efficacem & ſufficientem.

Sed in primis torquet mentes,
Et lites movit ingentes
Doctorum in circulo ;

Quòd ſufficiens vocetur
Vna, quòd efficax detur
Altera vocabulo.

Nam, cùm omnes fateantur
Catholici, quòd hæ dantur
Ex ſcripturis gratiæ :

Hoc opus, hic labor erit,
Pro diſcernenda quam gerit
Vtriuſque facie.

At cùm ſuper hæc arcana
Imponat ſedes Romana
Suis modum filiis :

Dum veram teneo fidem,
De divinis parcè quidem
Hîc loquar auxiliis.

VI.

PER multos quidem errores
Indurantur peccatores
Sed non ſunt in termino:

Ergò non ſic reprobrantur,
Ut in via deſerantur
Penitùs à Domino.

Peccatoribus induratis datur interdum gratia.

De quibus hinc dico primò,
Quod Deus infixis limo
Interdum dat gratiam:

Vt ſaltem, hujus vi datæ,
Diſponere mediatè
Se poſſint ad veniam.

Per quã, mediatè, ſaltem, poſſint ſe diſponere ad juſtificationẽ.

Dico quoque de puellis,
Qui ſunt in obſcuris cellis
Genitalis gremii:

De cœtu paganæ gentis,
Quòd habens ſufficientis
Opem quamdam medii.

Item media ſufficientia ad ſalutẽ dantur pueris omnibus, & paganis.

Hoc probat cura communis
Factoris in opportunis
Nemini defficiens:

Quæ vult omnes frui fine,
Et robur manus divinæ
Cunctis dat ſufficiens.

Mediantibus parentibus: & quomodo non eis aliquandò prosint.

Non tamen intelligatur,
Quòd immediatè datur
His semper remedium :

Namque per parentum manus
Infans ventris, & paganus
Habuerunt medium ;

Sed in matribus fœcundis
A causis sæpè secundis
Soboles occiditur :

Et sæpè vel ob moralem
Culpam, vel ob naturalem
Hoc in eis sequitur.

Sic immediatè quidem
A singulis nolo fidem
Auditam gentilibus ;

Attamen sunt mediatè
Res fidei prædicatæ
Filiis in patribus.

Et nunquid in omnem mundũ
Verbum Domini fœcundum
Sparsit prædicatio ?

Quæ si fuerit rejecta,
At est à Deo directa
Externo pro medio.

Et licèt prisci pagani
Verbi semen missum sani
Perversè rejecerint :

Et eorum successores
Inveteratos errores
Adhuc retinuerint ;

Quomodò pagani se gerere debeant.

Non est tamen, qui sic totus
Sit à splendore remotus
Naturalis luminis :

Qui non possit illud sequi:
Nam ad hoc non deest æqui
Auxilium Numinis.

Deus ipsis non deest, ut salvari possint.

Id est, supernaturalis
His non deest actualis
Mentis illustratio :

Neque deest voluntatis
Ad semitam æquitatis
Ineundam motio.

Quòd si lumen hoc sequantur,
Tandem fiet, ut ponantur
In lucis itinera :

Vt quondam Centurioni
Et Eunucho Dei boni
Non defuit dextera.

VII.

Sine gratia auxilio non potest homo diù persistere in bono.

Si quis multum sit tentatus
Cadet, si non est firmatus
Hoc cœlesti robore:

Licèt per se non peccare
Possit, & se non turpare,
Sed pro parvo tempore.

Gaudet enim libertate,
Qua pro brevi tempestate
Se tenet innoxium:

Sed parum firma natura,
Mox cadet in culpæ jura,
Si desit auxilium.

Motus grãtia excitantis sunt à gratia & à voluntate creata.

VIII.

Fiunt motus excitantes,
Et à malis evocantes
Non à solo Numine:

Illi namque cum sint tales
Vt boni sint, & vitales,
Quoque sunt ab homine.

Voluntas est causa principalis vitalitatis actus, & gratia supernaturalitatis.

Nec putes, quòd ferietur
Cor nostrum, & operetur
Totum manus gratiæ:

Scito, quòd actus vitalis
Cor est causa principalis,
Gratia justitiæ.

IX.

AT cùm ſupernaturalis
Verè ſit habitualis
In ſuâ ſubſtantiâ:

E noſtris nequit educi
Potentiis, comproduci
Nec à nobis gratia.

Gratia habitualis creatur & infunditur à Deo in nobis.

Paulus hanc gratiam puram
Dei ſummi creaturam
In hoc ſenſu nominat:

Et per donum charitatis
Dari ſanctum veritatis
Spiritum determinat.

X.

ILLA pro cœleſti fine
Mentes naturæ divinæ
Efficit participes:

Hoc modo tamen morali,
Non actione reali
Noſtri docent principes.

Gratia habitualis eſt moralis participatio naturæ divinæ.

Reddit natos adoptivos,
Donat peccati captivos
Servitute liberâ:

Ejus effectus.

Eſſe præbet acceptatum,
Et æterno Patri gratum
In hac valle miſera.

X I.

Non distinguitur realiter à Charitate.

EAMDEM à charitate
Reali nos entitate
Nequaquaquam distinguimus;

Nam utramque, sub naturâ
Vnâ simul, a Scri pturâ
Designari legimus.

Gratia denominatur,
Quâ quis à noxâ purgatur,
Fitque gratus Numini:

Quam charitatem vocamus
Cùm ad bonum apti stamus
Lege iussum Domini.

Seu adhuc, gratia dici
Vult, quandò velut amici
A Deo respicimur:

Et charitatis vult dandum
Nomen, ad Deum amandum
Ut per eam ferimur.

Differũt secundùm connotata.

Ergò, ne multiplicentur,
Cùm nulla, quòd plures dentur,
Requirat necessitas;

Restat, quòd sunt, connotatis
Tantùm diversificatis,
Vna prorsùs entitas.

XII.

S i Quæras, ubi locetur,
Et in quonam subjectetur,
Manet in potentiis;

Habitus enim morales,
Atque supernaturales
Non sunt in essentiis.

Subjectatur in potentiis, & non in essentia animæ.

XIII.

Hic decor habitualis
Noxæ tenebras mortalis
Secum nunquam patitur?

At, si vellet, illam ei
Posse iungere vis Dei
Absoluta dicitur:

Nam dari potest immundo,
Actu primo, non secundo,
Reddens diligibilem;

Nam, ut vult Scotus profundus,
Actus tolli quit secundus
Per Deum mirabilem.

Non potest naturaliter, stare cũ peccato mortali potest tamen de potentia Dei absoluta.

XIV.

Cùm de grato magis gratum
Facit Deus, primo gradum
Novum jungit gratiæ;

Ita placet Augustino,
Ita sermoni divino,
Et mentis notitiæ.

Intenditur per additionem gradus ad gradum.

Probatur ratione naturali de intensione omnium qualitatum.

Hæc accidens radicari
Non vult, ſed novo ditari
Gradu dum intenditur;

Nam tunc magis adhærere,
Quod eſt radicem augere,
Quàm priùs non cernitur.

Adde quoque, ſi ſubjecto
Privatum Deus, perfecto
Suo iuſſu, teneat:

Et tamen tunc intendatur,
Creſcit, ſed non radicatur,
Cùm ſubjecto careat

X V.

Nequit intendi in infinitum.

Ne putes ejùs menſuram
In infinitum ituram
Ex adjunctis gradibus,

Nam ſubjecti vaſtitatem,
Et ipſammet qualitatem
Claudi decet finibus.

Adde, quòd in Chriſto tanta
Fuit hæc, in ullo quanta
Eſſe poteſt animo:

Ergò, ſi nequit excedi,
Ad meam mentem tu redi,
Et hanc dona termino

XVI.

Iustifica- tio fit per veram condona- tionem peccato- rum, & infusionẽ gratiæ iustificã- tis.

DOGMA damnamus Calvini,
Et sequimur Tridentini
Rescriptum Catholicum.

Ille docet, quod peccata
Non sunt nobis condonata
Per habitum cœlicum:

Dicens, quòd non imputantur,
Ità solùm quòd tegantur
A Christi justitiâ:

Cui nos multum detracturos
Vult, si nos putamus puros
Inhærente gratiâ.

Sed cætus Episcoporum
A Papa congregatorum
Tridentum conveniens

Puram verè reddi mentem
Per gratiam inhærentem
Dixit dogma sapiens.

XVII.

Quis sit ordo, & quæ dis- positiones ad iusti- ficationẽ.

VIS ergò me paucis ferre,
Quid reus debet conferre,
Vt justus deveniat:

Credat, & speret, & amet,
Et ad Deum fortem clamet,
Ut ad ipsum veniat;

Hæc per Dei motionem
Si ſanam contritionem
Cordi creent percito:

Scias, quòd cuncta peccata
Ab animâ maculatâ
Evaneſcent ſubitò;

Et Deus infundet donum,
Quo dato cauſabit bonum
Dignum cœli munere:

Cui dono contritionem
Debes diſpoſitionem
De congruo dicere.

Contritio elicita cum gratia actuali eſt diſpoſitio de congruo ad iuſtificationem. Gratia habitualis non eſt cauſa ultima diſpoſitionis ad ſe ipſam.

XVIII.

Motus autem peccatoris
Deteſtativus erroris
Diſponenſque veniæ

Non manat efficienter
Ab eo, qui conſequenter
Eſt habitus gratiæ;

Nam repugnat rationi,
Idem diſpoſitioni
Eſſe ſuæ prævium:

Ergò motum non præcedit
Hæc gratia, cui ſuccedit
Iuſtificans impium.

Undè, lumine divino
Inſpirante, Tridentino
Eſt viſa Concilio :

Sequens diſpoſitionem
Atque præparationem
Hanc juſtificatio.

XIX.

VERUM cùm iuſtificatus
Actum, quo factus eſt gratus,
Adhuc ſecum teneat :

Per quem in cœlos tendentem
Ad vitam ſemper manentem
Meritum obtineat ;

In hoc ſenſu poteſt cedi,
Habitualem concedi
Priùs ipſi gratiam,

Quàm ut ſic juſtus effectus
Fœlicitantis aſpectus
Mereatur gloriam.

Hanc autem prioritatem
Dic naturæ, ſimultatem
Temporis agnoſcimus :

In quo donum ſanctitatis,
Atque jus hæreditatis
Cœleſtis acquirimus.

Gratia tamen infuſio eſt prior natura, prout eodem actu quo quis juſtificatur, acquirit meritum vitæ æternæ.

XX.

Pro statu isto nemo scit absque revelatione, an sit in gratia Dei.

Nisi cordi viatoris
Specialis vi splendoris
Adsit relevatio:
Nescit, an sit gratus Deo,
Et num ejus coram eo
Accepta sit actio.

Eccl. 9.

Ecce dictum Sapientis,
Nemo dicat sanæ mentis,
Quòd sit dignus præmio:
Reservatur in futurum,
Quòd scias, an te cor purum
Dei tollat odio:

XXI.

Meriti de condigno conditiones.

Vis mereri de condigno,
In statu te pone digno,
Per quem Deo placeas:
Fac opus cum libertate,
Procul à necessitate,
Ut meritum habeas.

Opus debet fieri, liberè, & in statu gratiæ:

Id est has conditiones
In operante repones
Prævias ad meritum:
Ut necessitate carens
Sit liber, & sanctum clarens
Gratiæ per habitum.

Item vt & actus talis.
Verè supernaturalis
Reputetur ordinis,

Et ex impulsu gratiæ.

Debet fieri movente
Et causæ vim erigente
Ex impulsu Numinis.

XXII.

AN autem ex Dei pacto
In opere recte facto
Cæli dentur merita?

Quomodo requiratur pactum, seu promissio Dei de præmio dando.

Hoc ex sacris libris scio,
Quòd merces est facto pio
Ex promisso debita;

Quòd Deus firmo contractu
Pro perfecto nobis actu
Pollicetur gloriam:

Quòd, statim vt fit res bona,
Ei paratur corona
Ob pacti memoriam.

Sed scio, quòd Dei motus
Si desit, & sis remotus
Ab habitu gratiæ:

Nullo mereris commisso
Ejus gaudere promisso,
Et beari facie.

Adæquata ratio meriti de condigno includit valorem operis, & pactum Dei.

Ex quo paucis hîc designo,
Quòd meriti de condigno
Adæquata ratio

Vult, vt cum facti valore
A divino fiat ore
Mercedis promissio.

XXIII.

Quænam cadant sub meritum, aut non.

Hic autem velim advertas
Nonnullas doctrinas certas,
Quas tradit Ecclesia.

Primam gratiam neque de congruo mereri possumus viribus naturæ.

Prima, quòd nec congruenti
Merito deberi menti
Prima potest gratia.

Nam fides nos docet pura,
Quòd vires, quas dat natura
Sola, sic sunt labiles:

Ut pro cælo sint omnino,
Et pro conspectu diuino
Merendo non habiles.

Vndè quidquid homo præstat
Ex se solo, longè restat
A superno tramite:

Et sunt ad gratiæ donum,
Quod ducit ad summum bonũ,
Ejus vires irritæ.

XXIV.

SECVNDÒ dic, quod cui Deus
Actualem primam meus
Dono dedit gratiam:

Cum hac sibi nonnullorum
Ad alias meritorum
Parit congruentiam.

XXV.

ITEM nullius vi boni
De condigno primi doni
Promeremur habitum;

Nam nequit per hoc acquiri
Gratia, quæ prærequiri
Debet antè meritum.

XXVI.

AT agens per actualem
Poterit habitualem
Mereri de congruo;

Et mereri nos augmentum
De condigno, per obtentum
Habitum non abnuo.

XXVII.

Verè tamen probè lego,
Quòd quidquid operer ego,
Quanquam gratus Domino;

Non de condigno merebor
Donum, quo firmus tenebor
In postremo termino;

Cum prima gratia actuali possumus alias mereri de congruo.
Primam gratiam sanctificantem mereri non possumus de condigno. Benè tamen de congruo ope gratiæ actualis.
Et augmentum gratiæ habitus de condigno.
Perseverantiæ finalis donum mereri non possumus de condigno.

Seu quòd condigno valore
Meritorum nullus horæ
Mortis circumſtantiam

Poteſt promereri talem,
Quâ firmus fiat finalem
Per perſeverantiam.

Hoc enim punctum à Deo
Sic dependet, ut ab eo
Pactum non prodierit:

Quo juſtum Agonizantem
Et in agone pugnantem
Securum promiſerit.

Et per hoc nos vult trementes,
Et cautos, & providentes,
Nec deditos otio:

Cùm de ſalutis æternæ,
Aut de pœnæ ſempiternæ
Tractatur negotio.

Sed tantùm de congruo.

Benè tamen, qui ſe gerit
Vt ſervum fidelem, erit
In puncto tam arduo

Magis confidens, quòd donum
Hoc aſſequetur, ut bonum
Meritum de congruo.

XXVIII.

Peccata priùs remissa
Per nova dein commissa
Non dic rursùs crescere;

Et bona mortificata,
Cùm mens est iustificata,
Dic cuncta resurgere.

Vtrumque Scriptura fatur,
Et hoc suprema testatur
Dei nostri bonitas:

Promittens annos, iniustæ
se redditurum, locustæ
Quos comedit pravitas.

Quæ verò peccator facta
Bona gerit, morte tacta
Sunt inseparabili;

Namque sine charitate
Producta, sunt entitate
Ad vitam inhabili.

Iuvat tamen exerceri,
Nam de congruo mereri
His potes auxilia:

Quæ sunt & ad pœnitendum,
Et veniæ consequendum
Munus necessaria.

Peccata dimissa non redeunt per novum peccatũ. Opera bona per subsequẽs peccatum lathale mortificata reviviscũt in iustificato. Opera bona facta in statu peccati mortalis sunt mortua, nec unquam reviviscũt. Non tamen debet ab iis cessari ob multiplicem utilitatẽ.

Vt disponant de congruò ad auxilia alia ad pœnitendum debent fieri ex impulsu gratiæ actualis.

At, ut congruitas talis
Illis insit, actualis
Sint ex motu gratiæ:

Nam solæ vires naturæ
Vim non erunt habituræ
Talis congruentiæ.

Habent & utilitatem,
In eo quòd qualitatem
Mali frangunt habitus:

Et si quando Deo gratus
Fiet, bonis inclinatus
Actis erit spiritus.

Satisfacit pœnitentiæ imposita a Confessario ari ean implet in statu peccati mortalis post confessionem patrati. Melius est, ut fiat in statu gratiæ.

XXIX.

Quia status ad merendum,
Quàm ad satisfaciendum,
Melior requiritur;

Dic, quòd in novo peccato
Mortali, quondam patrato
Lata, pœna solvitur.

Nam cùm data pœnitenti
Sit in actu sacramenti,
Et cessante crimine;

Hanc à bono lui malo,
Satisfit tamen, si malo
Solvatur ab homine.

XXX.

SIC quoque dùm pietatis
Quis exercet acta gratis
Pro pœnâ tunc debitâ :

Sicut & opera pietatis liberè assumpta.

Si justus in actione
Sit, pro satisfactione
Erunt magis placita ;

Si tamen à peccatore
Offerantur debitore,
Adhuc fit solutio :

Erunt tamen satisfactoria pro pœna temporali peccatis dimissis debita, etiam si fiant in statu novi peccati mortalis.

Licèt pro culpa recenti
Æterni restet tormenti
Iusta retributio.

Ac velut patet in mundo,
Quòd quis, exorto secundo,
Primum solvit debitum :

Sic æternæ pœnæ reo,
Quòd nunc temporalem Deo
Solvat, non est irritum.

Iacturam quæque bonorum
In piamem delictorum
Quis potest dirigere :

Potest satisfieri per temporalis damni piam sufferentiã.

Nam per hanc conformitatem
Sæpè Dei voluntatem
Plus placat, quàm opere.

CVRSVS THEOLOGICI

PARS TERTIA.

DE ACTIBVS *humanis.*

TRACTATVS VII.

I.

Quid sit actus humanus.

HVNC dicas actum humanũ,
Ad quem poteſt ſuã manũ
Voluntas extendere ;

Quem poteſt, vt loquar clarè ;
Vel ſubjectis imperare ,
Vel ſemet elicere.

II.

Alii sunt boni, alii mali moraliter, si fiant sciẽter, & liberè.

Hos actus capaces mali,
Vel aptos bono morali
Gradu cernes vario :

Dum lucis cum claritate
Fiant , & cum libertate
Motu volontario.

III.

INTELLECTVS præbet lucem
Et se voluntati ducem
Exhibet in omnibus :
At illa tamen sectatur,
Quibus magis delectatur,
Ex multis luminibus.

Voluntas eligit ex pluribus ab intellectu propositis.

IV.

SÆPE levi mens humana
Luce nitens, atque vanâ
fallitur, dum judicat ;
Sed culpam, hac non errante,
A reginâ dominante
Committi non implicat.

Voluntas potest peccare nullo errore existente in intellectu.

Servus, qui iussum Patroni
Sciens fit transgressor boni,
Ob quod multis vapulat :
Est voluntatis figura,
Quæ dum luce gaudet pura,
Peccatis se maculat.

Prob. ex S. Scritura. Luc. 12. 47.

Et quidem est mihi clarum,
Quòd actionum suarum
Voluntas est domina :
Et quòd sæpè contra mentis
Rem non agendam censentis
Se gerit dictamina.

Et ratione.

Quare dùm illuminatur,
Non tamen determinatur
Practico judicio:

Cùm tantùm ad intellectum,
Spectet, quòd det in objectum
Lumen cum consilio.

Ex quo, si fortè contingat,
Quòd mens sic furtum depingat
Cordi furis pessimo:

Quòd nempe sit inhonestum,
Legi repugnans, infestum
Et damnosum proximo:

Quòd tormentũ feret multum,
Nec remanebit inultum,
Aut hîc, aut in inferis:

Adhuc si motiva plura
Mens adducat, conclusura
Hujus malum operis;

Nunquid, eâ consulente,
Et non agendum censente,
Adhuc est possibile,

Ut cor dextræ furtum mandet
Ex hoc solùm, quòd mens pãdet
Esse bonum vtile?

Verum est quidem, nec nego,
Et hoc apud multos lego,
Quòd saltem in homine,

Ferè semper est deffectus,
Dum peccat, ex intellectus
Imperfecto lumine.

Tùm quòd non attendit satis,
Quanta sit iniquitatis,
Et offensæ gravitas:

Tùm quòd delectantis boni,
Et vtilis, tanquam soni
Non pensetur vanitas.

At & hunc sæpè deffectum
Voluntas in intellectum
Suo fert imperio:

Quæ jubet, vt non attendat
His, ut ipsa, quo vult, tendat
Pravo desiderio.

Imò licèt mens attenta
Cuncta rimetur contenta
In objectis vitia:

Potest adhuc modis binis
Sui cor avidum finis
Peccare malitiâ.

Communiter tamen præcedit aliquis deffectus considerationis in intellectu.

Sæpè etiã intellectus avertitur imperio voluntatis à cõsideratione malitiæ objecti.

Quomodò volũtas potest peccare ex malitia.

Vel, ut bonum, præfigendo
Sibi malum, vel volendo
Legi quid odibile

Abſque motu paſſionis,
Aut errore rationis,
Ut placens, & vtile.

Peccatũ malorum Angelorũ dicitur fuiſſe ex pura malitia.

Et hoc primò confirmatur,
Si de reâ cenſeatur
Dæmonis ſuperbiâ,

Quòd fuit, in ejus mente
Deffectu non præcedente,
Ex cordis proterviâ.

Et confirmatur ſecundò,
Quòd cor noſtrũ in hoc mundo,
Sic à bono trahitur:

Quòd ab objectis creatis
Ei contrarietatis
Libertas non tollitur.

Namque cùm deffectus boni
Quidam creatis opponi
Semper poſſit omnibus:

Velle, vel nolle quit illa,
Quibuſuis mentis ſcintilla
Adſtet ei lucibus.

Cor

Cor quoq; quantúmvis pronũ
Circà ſumptum,ut ſic,bonum,
Et qua tale,maneat:

Servat contradictionis
Libertatem, rationis
Quidquid lux ſuadeat;

Id eſt quamvis ſplendor mentis,
Ut ſic ſumpto, diſplicentis
Nil in bono viderit:

Cordis eſt, hoc ſic amare,
Vt ab amore ceſſare
Poſſit, ſi voluerit.

At nequit bonum odiſſe
Qua tale, nec dilexiſſe
Malum, ut ſic cognitum:

Poteſt tamen abſtinere
Ab actibus, & habere
Utrumque non volitum.

V.

Cùm autem de voluntate,
Quia gaudet libertate,
Actus morum prodeant;

Et quia cœca cenſetur,
En, priùsquam operetur,
Quæ regulæ præeant.

Duæ ſunt regulæ morales operationum voluntatis.

Externa seu remota est lex.

Est externa, seu remota
Lex, cuius aperta nota
Iustas mandat semitas.

Sed eam non esse satis
Per se solam, voluntatis
clarè probat cæcitas;

Immediata seu proxima & interna est conscientia.

Quapropter immediata,
In actu mentis locata
Fulget intus regula:

Ad quam debet conformari
Voluntas, & regulari,
Ut à lucis faculâ.

Hæc est, quam intimiorem
Vocant, & proximiorem
Directricem cordium:

Quæ concludit, quid agendum
Vt bonum, aut fugiendum
Hîc & nunc, ut noxium.

Syllogismus practicus, ex quibus fiat.

Syllogismus autem ille,
Cuius, ad instar scintillæ,
Est ista conclusio,

A synderesi majorem
Trahit, & sic dans minorem
Lex, fides, & ratio;

Omne malum est vitandum,
Furtum est quoddam nefandum,
Hoc nequit nunc fieri.

Ejus exẽpl.

Vel sic : agendum est bonum,
Ut nudo nunc vestis donum,
Hunc ergò nunc operi.

V I.

Ex quo dic, quòd est primorũ
Agendi principiorum,
Synderesis habitus :

Synderesis, quid sit.

Per quem malum fugiendum,
Bonum verò prosequendum,
Noster dictat spiritus.

At nisi per speciale
Hoc dictamen generale
Applicetur medium :

Ejus dictamen, quomodo applicandum.

Non est de se, quo formari
De re possit singulari
Practicum iudicium

Conclusio Syllogismi practicæ practici est conscientia.

At syllogismi majori
Si des illud, & minori
Rem quandam in specie :

Fit locus conclusioni ;
Cui doctores tradunt boni
Nomen conscientiæ ;

Ejus officia explicatur.

Quæ quidem effectu caret
Sæpè, nec cor ei paret
Quantumvis remordeat,

Accuset, testificetur,
Reprehendat; comitetur,
Stimulisque moveat.

VII.

Differentia synderesis à conscientia.

SCIAS autem nec errorem
In syndercsis splendorem
Intrare, nec dubium:

Et quòd nec opinioni
Subest, nec oblivioni
Supremorum jurium.

Divisio conscientiæ, undè orta, & quotuplex sit.

At non sic putes constare
Dictamen particulare
Nostræ conscientiæ:

Cujus obumbrant splendores
Opiniones, errores,
Dubia, ignorantiæ

Vndè recta, scrupulosa,
Erronea, dubiosa,
Opinansque dicitur:

Et sic in multas distincta,
A nobis quoque succinctâ
Hîc methodo traditur.

VIII.

VOLUNTAS tenetur ſequi
Quidquid eam docet æqui
Recta conſcientia:

Tenemur ſequi dictamen rectæ conſcientiæ.

Quòd patet, cùm ruitura
Vt non ſit, ducis uſura
Hujus ſit notitiâ

Et licèt ſit voluntatis
Iure ſuæ libertatis
Actus, quos vult, edere:

At ut honeſtatis formæ
Subſint, rectæ debet normæ
Hos conformes facere.

IX.

IM o nequit juxta vias
Ire, quas putat non pias
Errante dictamine:

Non eſt agendũ, quod erronea dictat eſſe malum.

Nam actus tales cenſentur,
Qualia mentis videntur
Objecta ſub lumine.

Vndè putans ex errore
Malam rem dignam amore,
Hac ſi non abſtineat,

Peccat, nam malum non licet
operari, tale licèt
Errans lumen cenſeat.

Via ad cognoscendum, an aliquid sit licitum.

Et quia mens bonum rarò
Obtutu discernit claro,
Pro vitandâ maculâ

In lege cernat naturæ,
In Dei, scriptoque jure,
Et in morum regulâ.

X.

Putans invincibiliter aliquid esse bonum, quod non est & faciens illud, facit bonũ opus morale.

Si nequeat superari
Error, quo quis occupari
Bono putat opere:

Tunc opus bonum reverà
Honestate fulgens merâ
Eum dico gerere;

Nihil enim eum ligat,
Ut præcisè pedem figat,
Quo stat rei veritas:

Sed eat ad bonum tendens,
Quo seriò mens attendens
Rectas dictat semitas.

XI.

Indicatur quæstio celebris de usu opinionum probabilium.

At hic quæritur, an binis
Teneatur ex doctrinis
Homo probabilibus

Sequi probabiliorem,
Quæ præfert legis vigorem
Libertatis iuribus.

Seu utrum sine peccato
Relinqui possit, mandato
Quæ favet opinio :

Quandò fautrix libertatis
Tantæ probabilitatis
Non est propositio.

Super his plura dicuntur,
Et aliqua distinguntur
Agendorum genera ;

A multis tractata diversimodè.

Iam à multis multa scholis
Prodierunt luci solis
Data typis opera.

Ego vero ne succinctos
Et stilo rhytmico vinctos
Hîc excedam limites :

Omittitur hîc, Quid me morandũ ibi.

Dum à verbis abstinebo,
Intrà veros me tenebo
Ecclesiæ tramites.

Et tantum ô lector piè,
Hîc recordor arctæ viæ,
Quæ ducit ad superos :

Et recordor spatiosæ,
Quam implent flores & rosæ,
Et ducit ad inferos.

Adhuc recordor, quòd ſenſus
Cordis incauti conſenſus
Sic trahunt ſuaviter:

Vt voluntatis pruritus,
Ad eorum appetitus
Excitatus fortiter,

Quærat excuſationes
In peccatis, rationes
Acceptans fallibiles,

Quas paſſionum procellis
Mens concuſſa plenas mellis
Dicit, & probabiles.

Epiſt. can. S. Iac. 1. 25.

Vndè velim, recorderis,
Quòd verbis Iacobus veris
Scripſit frater Domini;

Quòd erit ſuo beatus
In facto, ſummoque gratus,
Et acceptus Numini:

Qui perfectam libertatis
In legem, & æquitatis
In viam reſpexerit:

Verbi nec obliviosus
Auditor, ſed operoſus
In ea permanſerit.

XII.

Est autem nobis tenendum
Et pro regulâ ſciendum
De practicis dubiis,
Quòd priùs ſunt deponenda:
Nam non excuſantur menda,
Si fiant ab anxiis.

Conſcietia dubia deponenda eſt ante actionē.

Nec tamen diſtingues malè
Vnum dubium formale,
Objectivum alterum;
Prius, quod actum concernit,
Debet pelli, dum decernit
Opus agens liberum.
At ſecundum quod fundatur
In objecto, videatur,
Vtrum poſſit rejici:

Poteſt eſſe dubia formaliter & intrinſecè, vel objectivè & extrinſecè.

Si non poſſit poſt examen
Maturum, vis ſcire tamen,
Quid debeat effici?

En duas regulas juris,
Quas è canonibus puris
Hic tibi diſpertior.

Afferuntur & explicantur dua regula iuris circa dubia objectiva.

Dubitanti num agenda
Res honeſta ſit, tenenda
Semper eſt pars tutior.

Si legis & libertatis
Apud te, vel veritatis
Facti viget dubium:

Postquam ad illud vincendum
Omne prudenter habendum
Posuisti studium;

Si fuisti in bona fide,
Nec cesset hæc adhuc, vide,
Pro quo stet possessio;

Et dic hoc in fluctu mentis,
Quòd remanet possidentis
Melior conditio.

Et ad quam determinabis
Te tunc partem, actu stabis
Hîc firmus intrinsecè:

Quamvis ex objecto natum
Non sit clarè referatum
Dubium extrinsecè.

Si quid autem explicandum,
Vel addendum, vel arctandum
In istis est regulis;

In libris magnis doctorum
Resoluti dubiorum
Nodi patent oculis.

XIII.

AT si mens sit scrupulosa,
Et lucens, & tenebrosa,
Calcandæ sunt tenebræ:

In conscientia scrupulosa, quomodo se gerendũ.

Quòd si non possunt calcari,
Esse nefas operari
Est in libris celebre.

Idcircò notæ virtutis
Viros, clarosque salutis
Doctrinis in populo

Assume tibi ductores,
His tuos compone mores
Omni liber scrupulo.

XIV.

SI quo mens est in agente
Laborans antecedente
Prorsùs ignorantiâ:

Ignorantia antecedens & invincibilis causat involuntariũ simpliciter & excusat à culpa.

Hæc facit, ut hinc secuta
Sint à culpæ labe tuta,
Ut involuntaria.

Nec censetur contraire
Facto uel legi, qui scire
Neutrum unquam valuit:

Vel qui frustra iustam curam,
Iuris vel facti naturam
Ut sciret, adhibuit.

Qui sibi tegens præceptum,
Ut gressum non figat rectum,
Non vult intelligere;

Ac in Dei servitute
Viam tenens nimis tutè,
Hanc non curat discere.

Et hanc quidem sive crassam,
Seu affectatam, dic cassam
Injustam vincibilem:

Et ad culpam excusandam
Ignorantiam putandam
Hanc dic improbabilem.

XVI.

QUAMVIS nutus voluntatis
Omnem regat facultatis
Actum sibi subditæ:

Motus primò primi non imputantur ad culpam.

Tamen primò primus motus
Caret, cùm non sit prænotus,
Culpâ rei volitæ.

Decet tamen sapientem
Per cautelam diligentem
Firmare sic animum:

Ut aptus sit prævenire,
Et ad nutum impedire
Motum quasi minimum.

XVII.

Actus humanus debet esse liber.

PRÆTER mentis claritatem
Uult habere libertatem
Agentis arbitrium:

Nec opus debebit esse
Aut coactè, vel necesse,
Ut sit voluntarium.

Libertas indifferentiæ in nobis, quàm firma.

Dicam ergò verbis sanis,
Quòd in cordibus humanis
Est indifferentia:

Quã nõ aufert peccans Adam
Nec agens creatum quadam
Tollet violentiâ.

Voluntas ad intrà & in actibus suis à nullo agente creato cogi potest.

Quamvis enim, imperatis
Quæ subjacent voluntatis,
Vis fiat potentiis:

At intùs illa suorum
Ius habens elicitorum
Non subest injuriis.

Quin & intùs reluctando,
Ut exempli causâ, quando
Uis infertur Virgini,

Potest, inquam, libertate,
Intùs salvâ, castitate,
Dare laudem Numini.

Hinc fomes concupiſcendi,
Quo fundum ſtrinxit eſſendi
Primi lapſus hominis?

Fomes concupiſcentia nõ tollit libertatem, nec excuſat à culpis.

Non ſic lædit libertatem,
Ut non ſinat voluntatem
Sat capacem criminis.

Audi reſponſum divinum
Ad fratricidam Cainum,
Et ad ejus poſteros:

Peccas liber, non invitus,
Sub te manet appetitus;
Habes actus liberos.

XVIII.

Hinc quamvis indifferentes
Nos minùs linquant ardentes
Paſſionum cumuli:

Paſſiones & concupiſcentia non tollunt, quamvis minuant libertatem indifferentiæ.

Et concupiſcentiarum
Vi libertatum noſtrarum
Minuantur tituli:

At ſemper ſufficientem
Relinqunt, ut delinquentem
Voluntatem arguant:

Ut quãvis hanc premant ſatis,
At nunquam neceſſitatis
In vinclo conſtituant.

Non neceſſitant.

Quin & pondus paſſionum
Iuſtarum electionum
Dum minuit radium :

Augent volunta rium.

Facit (o miſerum ſtatum)
Ut ſit opus tunc patratum
Magis voluntarium.

XIX.

Nec violentia nec metu libertas homini à Deo data auferri po teſt à quoquã.

Quamvis igitur ſit verum,
Nobis ab Auctore rerum
Libertatem inditam

Intactam ita manere,
Ut ſic intus exercere
Poſſit quiſque traditam ;

Quòd nulla vis, nullus metus
In cordis internos fœtus
Poteſtatem habeat :

Quin illud elicitorum
Semper, & imperatorum
Ius actuum teneat.

Ita quòd ad necem extrà,
Hoc intus nolente, dextra
Vi moveri poterit :

Sed ſi cor velit obſtare,
Non cogetur imperare
Dextræ, quod noluerit.

Item dico per timorem
Hunc libertatis vigorem
Posse nunquam adimi :

Nisi fortè sic tangatur
Ab eo, quòd auferatur
Omne lumen animi.

Nisi per accidens, si ratio metu turbetur.

Hinc qui liber metu tactus
Agit, simpliciter actus
Format voluntarios :

Quamvis cõtingat quandóque
Secundùm quid esse quoque
Sic involuntarios ;

Metus nõ causat simpliciter involuntariũ, sed secundùm quid.

Ut cùm quis in tempestate
Merces jacit, voluntate
Absolutâ projicit :

Quia tamen metu facit
Cogente, dum merces jacit,
Rem invitus efficit.

Sed si quæras, an & qualis
Timor excuset à malis,
Ad quos pellit, actibus ?

Successive leges ibi,
Quæ sunt exhibita tibi
Ex probis auctoribus.

XX.

Metus cadens in constantem virũ excusat à culpa in transgressione præcepti positivi, tam divini, quàm humani.

Metus si cadat in virum
Cordis firmitate mirum
Reddit excusabilem:

Modo quis non fiat reus
Circa rem, quam vetat Deus
Ab intrà damnabilem.

Primum hinc potest probari,
Quòd non possit cogitari
Deum aut Ecclesiam

Sic sua fecisse jura,
Ut instante pœnâ durâ
Ligent conscientiam.

Ergò sic timens si Missam
Facis in festis omissam
Aut in die Domini:

Si diebus his labores,
Aut Sabbatho carnem vores,
Non subjaces crimini.

Excipe si in contẽptum si dei, vel legis metus incuteretur.

Si tamen has minas pati
Ob fidem, vel ob mandati
Contemptum accideret:

Culpæ substaret ruinis,
Qui tunc quibuscumque minis
Quovis metu cederet.

XXI.

At in his, quæ prohibentur,
Quæ naturalis censentur
Jure mala vinculi:

Metus nullus excusat à transgressione legis naturalis in præceptis negativis.

Nefas est ius violare,
Quemcumque demus adstare
Timorem periculi.

Sic nunquam licet mæchari,
Vel ore blasphemo fari
In honorem Numinis;

Metu quovis accedente,
Nunquam fient ab agente
Hæc experte criminis.

Qui tamen, defensionem
Ob justam, occisionem
Aggressoris faceret,

Tunc ob depellendæ mortis
Metum agens, reæ sortis
Culpam non incurreret.

Nam talis nil mali gerit
Nec homicidium erit
Tunc malum intrinsecè,

Nec culpæ contrahit fæcem
Vim se prementis ad necem
Justo pellens obice.

Si tamen territus ità
Ab uno, privaret vitâ
Innocentem tertium;

Tunc ad jam dicta redimus,
Ut homicidam nolimus
Ob minas innoxium.

XXII.

Metus gravis excusat quandoque ab impletione iuris naturalis divini positivi.

Insuper obligativum
Naturale positivum
Præceptum sic æstimo,

Quòd tamen possit omitti,
Dum gravis metus immitti
Est imminens animo.

Sic debens peregrinari
Ex voto, vias fœdari
Si novit ab hostibus,

Implendo nequaquam voto
Tenetur tempore toto,
Quo subest his metibus.

Insuper dum charitatis
Teneris actum gravatis
Exhibere proximis:

Ab hoc actu, majus verè
Tibi damnum imminere
Si times, te redimis.

XXIII.

Explicatur adhuc quando & in quibus, metus gravis excuset à transgressione legis.

Dic tandem, quòd his exceptis
Juris naturæ præceptis
Negativè stantibus,

Metus gravis in constantem
Cadens virum operantem
Excusat in pluribus.

Modò tamen has appones
In actu conditiones
Vel omnes, vel singulas;

Quòd metus non sit incussus,
Ut sit honor repercussus
Hinc in sectas æmulas;

Quòd ex singularis facto
Communitas valde fracto
Jure non remaneat:

Quòd nec scandali ruina
Adsit major, quàm sit mina
Qua metus immineat.

Ut nec sit contemptus legis,
Nec honori summi Regis
Hinc fiat injuria:

Nec spreti legislatoris,
Nec Ecclesiæ decoris
Lædantur insignia.

Hinc ad bonum est necesse,
Vt bonitatem expresse
Concernat intentio,

Sufficit indirecta ad malũ.

Quamvis ad malum sit satis,
Indirecta pravitatis
Quòd adsit volitio.

Finis duplex distinguitur, intrinsecus seu operis, Et extrinsecus seu operantis.

Solet autem modis binis
Duplex movere nos finis:
Vnus est intrinsecus,

Et hic sequitur objectum:
Alter per cordis affectum
Venit ut extrinsecùs.

Sic finis jejuniorum
Intrinsecùs est membrorum
Victrix temperantia:

Et finis externus erit,
Si quis ob motiva ferit
His se pœnis alia.

Finem operis priorem
Vocamus, posteriorem
Operantis dicimus:

Priorem essentialem,
Alterum accidentalem
In actu reponimus.

Secun

Secundus potest abesse,
Sed ut contingat adesse,
Actui fructiferè:

Dic teneri voluntatem
Ejus per se bonitatem,
Et expresse quærere.

At vero sicut objecto
Intendens malo, directo
Etsi velle careat,

Quo velit hanc fœditatem:
Scimus, quòd deformitatem
Hic in actu teneat.

Ita si quis ad internum
Operis finem externum
Malum adhuc junxerit:

Iniquitatis adjectæ
Fit reus, quamvis directè
Eam non intenderit.

Id est, etsi fur expresse
Culpæ non velit subesse,
Hoc delinquit opere:

Sic ad gulam furto tollens,
Etsi deffectum non volens,
Est in gulæ scelere.

Extrinsecus quomodo debeat intendi, ut influat in actum bonum suam bonitatem.

Et in actum malum suam malitiam.

XVII.

Actus humanus debet esse liber.

PRÆTER mentis claritatem
Uult habere libertatem
Agentis arbitrium:

Nec opus debebit esse
Aut coactè, vel necesse,
Ut sit voluntarium.

Libertas indifferentia in nobis, quàm firma.

Dicam ergò verbis sanis,
Quòd in cordibus humanis
Est indifferentia:

Quã nõ aufert peccans Adam
Nec agens creatum quadam
Tollet violentiã.

Voluntas ad intrà & in actibus suis à nullo agente creato cogi potest.

Quamvis enim, imperatis
Quæ subjacent volontatis,
Vis fiat potentiis:

At intùs illa suorum
Ius habens elicitorum
Non subest injuriis.

Quin & intùs reluctando,
Ut exempli causâ, quando
Uis infertur Virgini,

Potest, inquam, libertate,
Intùs salvâ, castitate,
Dare laudem Numini.

Hinc fomes concupiſcendi,
Quo fundum ſtrinxit eſſendi
Primi lapſus hominis?

Fomes concupiſcentia nõ tollit libertatem, nec excuſat à culpis.

Non ſic lædit libertatem,
Ut non ſinat voluntatem
Sat capacem criminis.

Audi reſponſum divinum
Ad fratricidam Cainum,
Et ad ejus poſteros:

Peccas liber, non invitus,
Sub te manet appetitus:
Habes actus liberos.

XVIII.

Paſſiones & concupiſcentia non tollunt, quamvis minuant libertatem indifferentia.

Hinc quamvis indifferentes
Nos minùs linquant ardentes
Paſſionum cumuli:

Et concupiſcentiarum
Vi libertatum noſtrarum
Minuantur tituli:

At ſemper ſufficientem
Relinqunt, ut delinquentem
Voluntatem arguant:

Non neceſſitant.

Ut quãvis hanc premant ſatis,
At nunquam neceſſitatis
In vinclo conſtituant.

Quin & pondus passionum
Iustarum electionum
Dum minuit radium:

Augent voluntarium.

Facit (o miserum statum)
Ut sit opus tunc patratum
Magis voluntarium.

XIX.

Nec violentia nec metu libertas homini à Deo data auferri potest à quoquã.

QUAMVIS igitur sit verum,
Nobis ab Auctore rerum
Libertatem inditam

Intactam ita manere,
Ut sic intus exercere
Possit quisque traditam;

Quòd nulla vis, nullus metus
In cordis internos fœtus
Potestatem habeat:

Quin illud elicitorum
Semper, & imperatorum
Ius actuum teneat.

Ita quòd ad necem extrà,
Hoc intus nolente, dextra
Ui moveri poterit:

Sed si cor velit obstare,
Non cogetur imperare
Dextræ, quod noluerit.

Item dico per timorem
Hunc libertatis vigorem
Posse nunquam adimi :

Nisi per accidens, si ratio metu turbatur.

Nisi fortè sic tangatur
Ab eo, quòd auferatur
Omne lumen animi.

Hinc qui liber metu tactus
Agit, simpliciter actus
Format voluntarios :

Metus nō causat simpliciter involuntariū, sed secundùm quid.

Quamvis cōtingat quandoque
Secundùm quid esse quoque
Sic involuntarios ;

Ut cùm quis in tempestate
Merces jacit, voluntate
Absolutâ projicit :

Quia tamen metu facit
Cogente, dum merces jacit,
Rem invitus efficit.

Sed si quæras, an & qualis
Timor excuset à malis,
Ad quos pellit, actibus ?

Successive leges ibi,
Quæ sunt exhibita tibi
Ex probis auctoribus.

XX.

Metus cadens in constantem virũ excusat à culpa in transgressione praecepti positivi, tam divini, quàm humani.

Metus si cadat in virum
Cordis firmitate mirum
Reddit excusabilem :

Modo quis non fiat reus
Circa rem, quam vetat Deus
Ab intrà damnabilem.

Primum hinc potest probari,
Quòd non possit cogitari
Deum aut Ecclesiam

Sic sua fecisse jura,
Ut instante pœnâ durâ
Ligent conscientiam.

Ergò sic timens si Missam
Facis in festis omissam
Aut in die Domini :

Si diebus his labores,
Aut Sabbatho carnem vores,
Non subjaces crimini,

Excipe si in contẽptum fi dei, vel legis metus incuteretur.

Si tamen has minas pati
Ob fidem, vel ob mandati
Contemptum accideret :

Culpæ substaret ruinis,
Qui tunc quibuscumque minis
Quovis metu cederet.

XXI.

At in his, quæ prohibentur,
Quæ naturalis censentur
Jure mala vinculi:

Metus nullus excusat à transgressione legis naturalis in præceptis negativis.

Nefas est ius violare,
Quemcumque demus adstare
Timorem periculi.

Sic nunquam licet mæchari,
Vel ore blasphemo fari
In honorem Numinis;

Metu quovis accedente,
Nunquam fient ab agente
Hæc experte criminis.

Qui tamen, defensionem
Ob justam, occisionem
Aggressoris faceret,

Tunc ob depellendæ mortis
Metum agens, reæ sortis
Culpam non incurreret.

Nam talis nil mali gerit
Nec homicidium erit
Tunc malum intrinsecè,

Nec culpæ contrahit fæcem
Vim se prementis ad necem
Justo pellens obice.

Si tamen territus ità
Ab uno, privaret vitâ
Innocentem tertium;

Tunc ad jam dicta redimus,
Ut homicidam nolimus
Ob minas innoxium.

XXII.

Metus gravis excusat quandoque ab impletione iuris naturalis divini positivi.

Insuper obligativum
Naturale positivum
Præceptum sic æstimo,

Quòd tamen possit omitti,
Dum gravis metus immitti
Est imminens animo.

Sic debens peregrinari
Ex voto, vias fœdari
Si novit ab hostibus,

Implendo nequaquam voto
Tenetur tempore toto,
Quo subest his metibus.

Insuper dum charitatis
Teneris actum gravatis
Exhibere proximis:

Ab hoc actu, majus verè
Tibi damnum imminere
Si times, te redimis.

XXIII.

Explicatur adhuc quando & in quibus, metus gravis excuset à transgressione legis.

Dic tandem, quòd his exceptis
Juris naturæ præceptis
Negativè ſtantibus,

Metus gravis in conſtantem
Cadens virum operantem
Excuſat in pluribus.

Modò tamen has appones
In actu conditiones
Vel omnes, vel ſingulas;

Quòd metus non ſit incuſſus,
Ut ſit honor repercuſſus
Hinc in ſectas æmulas;

Quòd ex ſingularis facto
Communitas valde fracto
Jure non remaneat:

Quòd nec ſcandali ruina
Adſit major, quàm ſit mina
Qua metus immineat.

Ut nec ſit contemptus legis,
Nec honori ſummi Regis
Hinc fiat injuria:

Nec ſpreti legiſlatoris,
Nec Eccleſiæ decoris
Lædantur inſignia.

XXIV.

Vnde dicatur actus humanus.

Cùm ergo sit nobis planum,
Quòd actum solùm humanum
Hunc dicere sufficit:

Quem præviâ claritate
Mentis duce, libertate
Cor jubet, aut elicit;

Et Vndè sit moralitas ejus.

Et cùm in actu quocumque
Hunc velut fontem vtrumque
Agnoscat moralitas:

Ex qua vel in actu reo
Malitia, vel in eo
Si recto, sit bonitas;

Bonum ex integra causa.

Dico juxta scholæ sonum
Ex integrâ causâ bonum
Sic prorsùs consurgere,

Malum ex quocumque deffectu.

Ut actum unus deffectus
Quoquo modo sit adjectus,
Valeat inficere.

Actus ut sit bonus moraliter, quid requirat.

Hinc objectum bonum fine
Cum bono si sit, nec sinè
Bonis circumstantiis:

Actum humanum tunc verè
Bonitatis relucere
Facit abundantiis.

At si quis objecto sano
Fine studeat vesano
Aut perverso medio :

Quid sufficit, ut sit malus.

Item si malum objectum
Sic notum, ob finem rectum
Cordis quærat studio ;

Vt si quis velit furari
Rem, qua possit sublevari
Proximi miseria :

Scias, quòd tunc actus talis
Commemoratur cum malis
Medii malitiâ.

XXV.

Illi carent boni fructu,
Quorum actio non ductu
Recti finis regitur :

Bonitatis objecti intentio directa & expressa requiritur ad bonū.

Nam nec bonum ex objecto
Est id, quo velle directo
Bonitas non quæritur.

Quis enim justum vocaret,
Qui speratâ judicaret
Iustè pro pecuniâ :

Parùm interim curando,
Aut fortè non cogitando
Quidquam de justitiâ ?

Hinc ad bonum eſt neceſſe,
Vt bonitatem expreſsè
Concernat intentio,

Sufficit indirecta ad malũ.

Quamvis ad malum ſit ſatis,
Indirecta pravitatis
Quòd adſit volitio.

Finis duplex diſtinguitur, intrinſecus ſeu operis, Et extrinſeçus ſeu operantis.

Solet autem modis binis
Duplex movere nos finis:
Vnus eſt intrinſecus,

Et hic ſequitur objectum:
Alter per cordis affectum
Venit ut extrinſecùs.

Sic finis jejuniorum
Intrinſecùs eſt membrorum
Victrix temperantia:

Et finis externus erit,
Si quis ob motiva ferit
His ſe pœnis alia.

Finem operis priorem
Vocamus, poſteriorem
Operantis dicimus:

Priorem eſſentialem,
Alterum accidentalem
In actu reponimus.

Secun-

Secundus poteſt abeſſe,
Sed ut contingat adeſſe,
Actui fructiferè:

Dic teneri voluntatem
Ejus per ſe bonitatem,
Et expreſsè quærere.

At vero ſicut objecto
Intendens malo, directo
Etſi velle careat,

Quo velit hanc fœditatem:
Scimus, quòd deformitatem
Hic in actu teneat.

Ita ſi quis ad internum
Operis finem externum
Malum adhuc junxerit:

Iniquitatis adjectæ
Fit reus, quamvis directè
Eam non intenderit.

Id eſt, etſi fur expreſsè
Culpæ non velit ſubeſſe,
Hoc delinquit opere:

Sic ad gulam furto tollens,
Etſi deffectum non volens,
Eſt in gulæ ſcelere.

Extrinſecus quomodo debeat intendi, ut influat in actum bonum ſuam bonitatem.

Et in actum malum ſuam malitia[m]

XXVI.

Dantur actus indifferentes ex objecto & in specie.

SVNT autem quædam objecta
Malo per se nec infecta,
Nec bono nitentia:

Circa quæ doctores quærunt,
An indifferentis erunt
Actus exercitia?

Quæritur an & detur in individuo.

Vt actus specie qualis
Est indifferens, sic talis
Sit in individuo:

Pro cujus solutione,
En quid hîc opinione
Ex subtili statuo,

Conclusio est affirmativa: non tenemur omnes actus ad finem bonum dirigere, si objecta sint indifferentia.

In actu quovis morali
Non reponit labem mali
Quævis absens bonitas:

Hic tantum malus censetur,
Cui deest, ad quam tenetur,
Iusta boni puritas.

Quosdam autem dico dari,
Quos ad bonum ordinari
Non semper exigitur;

Ergo sunt indifferentes,
Vt cum sputum extra dentes
In terram ejicitur.

Hos inquam, licèt advertas,
Et ad bonum non convertas,
Non sunt mali protinùs:

S. Hieron epist. 89. ad August.

Nec est in deambulare
Opus, quod examinare
Minabatur Dominus.

XXVII.

Est malum mala volontas,
Sed pejus externi junctas
Fit per vires operis?

Actus exterior addit bonitatem vel malitiam distinctã actui interiori.

Cui contingit imperata,
Et distinctè mediata
Turpitudo sceleris.

Ergo dic, quòd honestatem
Addit vel defformitatem
Distinctam exterior:

Ad has, quas actus à fonte
Cordis vel bono, vel fonte
Accipit interior.

Licet enim in peccatis
Ab influxu voluntatis
Prima fluat pravitas:

Habent suam, quibus præest,
Quibus & privata deest
Externis integritas.

S. Aug. 13. de Trinit. c. 5.

Hinc ex Augustini sensu,
Dic voluntatis consensu
Quemque reddi miserum:

Sed reddi miseriorem
Per actum exteriorem
Patratorem operum.

In praeceptis decalogi septimo, & Decimo.

Sic lege bis negativâ
Cor pravum, manus furtiva
Vetantur à Numine:

Quia sub culpâ diversâ
Et cor & manus perversa
Furti peccant crimine.

Occurritur objectioni, & explicatur quomodò intentio pro effectu reputetur.

Quòd si mœchantē scripturæ
Vocant eum, qui non purè
Peroptat concubitum:

Si dicunt bonos affectus
Ut impeditos effectus,
Acceptos ad meritum;

Ibi loquuntur de pœnis
Et de meritis sic plenis
Secundùm substantiam:

Cùm nullo textu negentur,
Quin per externi graventur
Actus circumstantiam.

XXVIII.

Nulla volontas creata
Est in se sat quietata,
Ut sit impeccabilis:

Solus Deus se contentus,
Et sibi semper attentus
Est indeffectibilis.

Nulla voluntas creata potest esse ab intrinseco impeccabilis.

XXIX.

Deus Pater mortem Nati
Volebat, & Agnus pati
Optabat innoxius:

Id voluere Judæi;
Quapropter ab illis Dei
Occisus est Filius.

Sed nunquid non peccavere?
Imò crimen commisere,
Quo non majus hominis;

Voluntatis creatæ conformiras ad divinam qualis esse debeat, ut bona sit.

Ergò non est hinc mox sana,
Quòd conformetur humana
Voluntati Numinis:

Sed tenetur creatura
Vt ejus voluntas pura
Sit volens, quod Dominus,

Idem velle pari fine
Et modo, quos fert divinæ
Voluntatis terminus.

XXX.

Deus, ut causa prima permittẽs mala, & ad actus malos concurrens non est causa peccati.

Homo tandem recordetur,
Quòd cùm Deo primæ detur
Causæ res cum nomine:

Potest ab eo permitti,
Vel concurrendo committi,
Quod nequit ab homine.

Ex quo Deus sinens petrum
In actum prolabi tetrum
Liber manet sceleris;

Homo permittens malum, quod potest impedire peccat.

Ast homo potens vetare
Si sinat petrum peccare,
Est particeps operis.

Item, dùm Deus concurrit
Cum latrone, non incurrit
Culpam furti sociam;

Item, & ad malũ concurrens.

Ast homo furem insanum
In furto si iuuvet, manum
Culpâ reddit sauciam.

Ex quo Deum vult effectus
Causam ibi, non deffectus,
Dogma Theologicum;

Et quòd dùm furtum fit tale,
Non concurrit ad morale,
Sed ad esse physicum.

TRACTATVS VIII.

De legibus, & peccatis.

I.

LEx est externa mensura, *Legis definitio.*
Quâ per ordinantem iura
Quid agendum figitur;

Vel per quam bonum commune
Iubetur, sed nec impunè
Malum agi finitur.

II.

AB hac definitione *Non convenit strictè legi naturæ.*
Strictâ quidem ratione
Lex naturæ deficit;

Illa namque non est foris,
Sed per sui vim splendoris
Mentem intùs afficit.

Est ergò lex naturalis *Quid sit lex natura.*
Interna rationalis
Creaturæ regula,

Quæ boni communioris,
Atque mali notioris
Practica dat specula.

III.

Alia sunt positivè, alia permissivè de iure natura.

Ab hac quædam positivo,
Et nonnulla permissivo
Emanant dictamine.
Ista sunt quæ nec aversa
Sunt ab eâ, nec respersa
Ejus stricto lumine.

Quid est esse permissivè. Talia mutari possunt.

Qua propter tunc possunt solvi,
Cùm in malum usum volui
Lux advertit alia:
Et ratione prudenti
Plebi noscuntur amenti
Futura fatalia.

Qualia erant cõmunitas bonorum, & matrimonium clandestinum.

Sic communitas bonorum
Post corruptionem morum
Esse bona desiiit:
Et olim clàm bini sexus
Bonus coniugii nexus,
Nunc in malum transiiit.

IV.

Quæ sunt positivè de iure natura, fuerunt tradita in decalogo &

Quæ verò magis natura
Commendat, per sua iura
Stabilivit Dominus;
Et hæc est lex positiva
Naturalis præceptiva,
Cui vertex est geminus:

Vnus, qui concernit Deum,
Iubens bonum, vetans reum
Cor & os, cum opere,

Alter iubet quæ iubenda;
Aut vetat quæ prohibenda
In proximum agere.

hac dicitur lex divina naturalis positiva; respiciens Deum, & proximum.

V.

PRÆTER hæc extant præcepta
Dei nostri, quæ concepta
Sunt in tribus legibus:

Quæ divina positiva
Vocantur, sed non nativa
A naturæ iuribus.

Præcepta purè positiva divina, vbi contenta.

VI.

DECEM Domini mandata
Quæ Moysi consignata
Sunt in binâ tabulâ:

Cùm sint naturalis iuris,
Adimplenda creaturis
Iubentur per sæcula.

At duo tabellæ primæ,
Sic reputantur apprimè
Augusta præ cæteris:

Vt neque possit à Deo
Cordi relaxari meo
Huius pondus oneris.

Duo prima præcepta primæ tabulæ decalogi sunt omninò diuinitùs indispensabilia.

Ob intrinsecam & indispensabilem conformitatem ad jus naturæ.

Nam bona sunt entitate,
Quam naturæ claritate
Ipsi ferunt termini;

Et sic firma debent esse,
Ac ipsa summi necesse
Est natura Domini.

Hæc fluunt immediatè,
Omnique necessitate
A primis principiis:

Quæ super vultus signata
Sunt nostros, & figurata
Apertis indiciis.

Præcepta secundæ tabulæ relaxari & dispensari possunt à Deo. Quia non omninò strictissima necessitate fluunt à primis principiis legis naturæ.

VII.

At si nunquam dispensanda
Sunt, nec unquam relaxanda
Iam dictorum vincula:

Non ita firma censentur
Præcepta, quæ continentur
In secundâ tabulâ.

Quæ licèt conformitatem
Dicant ad sinceritatem
Naturalis luminis:

Non strictissimè dicuntur
Nec necesse, quo gignuntur,
Vim sequi dictaminis.

Nam nec ſunt illa mandata
Sic in naturâ fundata,
Vt ab illâ fluxerint:

Quòd tantæ ſint æquitatis,
Vt inſtar proprietatis
Ab eâ manaverint.

Sed cùm hac conjunctione
Ad ius, ordinatione
Ex divinâ, gaudeant:

Auctor ejuſdem naturæ
Facere poteſt, ut jure
Nos ligandi careant.

Nam nec per ſe, nec directè
In naturæ legem rectæ
Horum eſt infractio;

Sed velut conſecutivè
Deducit, & illativè
Repugnantem ratio.

Objectio.

Sed dices: nunquid connexus
Ad amoris Dei nexus
Eſt amor in proximum?

Et idem æterno Patri
Noſtrum & mortali fratri
Amando fert animum?

Qui verò vult fratri bonum
Ad cuncta mandata pronum
Se facit respicere :

Et illo qui se replevit
Amore, legem implevit
Perfecto jam opere.

Ergò si nequit mutari
Lex, qua debet adamari,
Qui creavit sæcula :

Responsio duplex.

Sic quoque firma dicuntur
Præcepta, quæ describuntur
In secundâ tabulâ.

Prima, quòd præceptum, ut prohibet odium Dei nihil includit de amore proximi.

En duplex responsum meum ;
Primum, quòd vt hæc lex Deum
Negativè respicit :

Est hoc modo naturalis
Strictè, nec fratrem, vt talis,
Diligendum objicit.

Secunda, quòd præceptũ de amando Deo sequitur obligatio amoris

Secundò, dum positivè
Ad charitatis activæ
Nos adstringit opera :

Numinis amor æterni
Amoris quoque fraterni
Nobis affert onera.

Sed hic amor ad mandata
Non per se ligat signata
Per secundum codicem ;

Sed facit vt fratrem meum
Velim in amando Deum
Socium , & complicem.

Nam qui sibi tantum vni
Hoc de bono tam communi
Amorem percuperet :

In gravi foret errore,
Dum suum ab hoc amore
Proximum excluderet.

Ex quo nota per transennam,
Quam mereatur gehennam
Inuidi malitia :

Quam magnis subsit erratis,
Qui fraternæ charitatis
Laborat inuidiâ.

VIII.

Est & vnum in tabellâ
Secundâ , cui nequit bella
Esse relaxatio :

Nec potest de falsitate
Ab æterna veritate
Dari dispensatio.

proximi, qui consistit in eo, quòd velimus Deum, ut bonũ commune etiam à proximo diligi: & hic amor non concernit præcepta secundæ tabulæ.

Nota incidẽter gravitatem peccati invidiæ fraternæ charitatis.

In præcepto prohibente mendacium dispensari nequit, quamvis

sit in secunda tabula.

Si mendacem in scripturâ
Quem legis, vel est figura
In ejus sermonibus:

Vel est culpa venialis,
Quæ sæpè contingit talis
In sanctis hominibus.

In tertio præcepto primæ tabulæ dispensari potest.

At in tabella priore
Tanto tertium rigore
Impleri non postulat,

Nam, vt cultus temporalis
Diem signat, naturalis
Ab eo lex exulat.

Nec est naturalis nexus
Quo dies talis annexus
Sit cultui Domini;

Et ab ejus impletione excusat metus gravis, modo non adsit cōtemptus Dei, legis, aut fidei, aut scandalum.

Imò si metum ob gravem
Frangatur, Deus suavem
Tunc se monstrat homini.

Modo tali fractioni
Nihil contingat opponi
Ligans naturaliter;

Ut est scandalum, vel legis
Vel fidei, vel & Regis
Regum honor pariter.

Ibi tandem advertatur,
Quòd suprà dictis certatur
Sat vano conamine :

Cùm sit tota divisarum
In plures sensus scholarum
Quæstio de nomine.

Nec enim potest negari ,
Nullum posse casum dari ,
In quo fiat licitum ,

Quod per legem æquitatis
Tabulæ primæ mandatis
Est binis prohibitum.

E contra quis non fatetur,
Præter quintum , quod habetur
In secundâ tabulâ :

Et aliàs non liceret ,
Posse , si Deus juberet ,
Frangi sine maculâ ?

Quod autem hæc tunc dicatur,
Qua præceptum relaxatur,
Stricta dispensatio :

Parùm refert , aut mutatæ
Materiæ , vel & latæ
Sit legis cessatio.

sententia opposita de dispẽsatione præceptorum secundæ tabulæ concordantur.

IX.

Leges Ecclesiasticæ obligant sub peccato.

HVMANA lege ligantur,
Quibus Papæ dominantur,
Quibus & Concilia:

Nam veluti publicanum
Dicas, qui non audit ſanum
Ius quod dat Eccleſia.

Ergo Prælatos audire,
Et eorum obedire
Deus mandat juſſibus:

Quibus oves commendatas
Viis reddunt confirmatas
In ſpiritualibus.

X.

Item & politicæ.

ITEM violare leges
Nefas eſt, quas mandant Reges
Ad finem politicum:

Namque parere jubenti
Regi vult vt præcellenti
Petri dogma cœlicum.

Paulus quoque voce cœli
Servo præcepit fideli
Obedire Dominis,

Non ſolùm pænæ timore,
Aut ex mercedis amore,
Sed ob metum criminis.

Et qui ſuæ voluntati
Vt reſiſtat poteſtati
Permittit audaciam :

Ordinationi Dei
Reſiſtit, & actus rei
Incurrit malitiam :

X I.

LEX, ſi non eſt publicata,
Lex erit, ſed inchoata,
Nec perfecta penitùs :

Hic enim nexus ſtringendi
Vi caret, & coërcendi
Uſque dum eſt cognitus.

Publicatio eſt de natura legis ut obſtringat.

X I I.

HOMO potens leges dare
Debet illas obſervare
Jùſta per ueſtigia :

Non metu coactionis,
Sed causâ directionis
Et exempli gratiâ.

Et hoc quidem verum erit,
Si lex data ſecum gerit
Jùs cunctos reſpiciens :

Nec eſt, reduplicativè
Qua tales, imperativè
Subditos afficiens.

Homo legiſlator tenetur ſuas leges obſervare.
Cur & quomodo. Et quando.

XIII.

Leges humanæ quid, & quos actus præcipere possint.

Bonos & indifferentes
Actus humanum condentes
Jus possunt præcipere ;
At cùm concernant externa,
Horum leges ad interna
Purè nolo cogere.

Nec iis præcipiuntur,
Quæ per accidens junguntur
Cùm exterioribus ;

Et sic locis habes multis,
Quòd Ecclesia de occultis
Non judicat actibus.

Quando internos.

Si tamen exterioris
Ad integritatem, moris
In genere, petitur :

Ad actùm interiorem
Legis humanæ vigorem
Extendi dignoscitur.

Ex quo, nedùm ad internos
Ligat, ut sunt ad externos
Physica principia :

Vel ut dant materiale
Esse, sed & ad morale
Ut sunt influentia.

Et hinc fortè non ignoras,
Quòd canonicas ad horas
Quo jure constringeris :

Eo recitationem
Ad bonam, attentionem
Habere præciperis.

XIV.

HEv frequenter experimur
Dum juramus, du mẽtimur
Nos legem infringere :

De peccatis.

Ergo non opus est multis,
Ut probem rectis & stultis
Peccatum in genere.

A Deo quidem averti
Et ad mundana converti
Re, verbis, dictamine,

Est, quòd vocamus peccare,
Atque debitâ privare
Actum rectitudine.

Peccatũ est privatio rectitudinis debita inesse actui. Aliud est commissionis, aliud omissionis.

Privamus autem agendo
Malum, vel non exercendo
Bonum, quod proponitur :

Et hinc vel commissione
Mali, vel omissione
Boni lex infringitur.

Ob intrinsecā, & indispensabilem conformitatem ad jus naturæ.

Nam bona sunt entitate,
Quam naturæ claritate
Ipsi ferunt termini ;

Et sic firma debent esse,
Ac ipsa summi necesse
Est natura Domini.

Hæc fluunt immediatè,
Omnique necessitate
A primis principiis :

Quæ super vultus signata
Sunt nostros, & figurata
Apertis indiciis.

Præcepta secundæ tabulæ relaxari & dispensari possunt à Deo. Quia non omninò strictissima necessitate fluunt à primis principiis legis naturæ.

VII.

At si nunquam dispensanda
Sunt, nec unquam relaxanda
Iam dictorum vincula :

Non ita firma censentur
Præcepta, quæ continentur
In secundâ tabulâ.

Quæ licèt conformitatem
Dicant ad sinceritatem
Naturalis luminis :

Non strictissimè dicuntur
Nec necesse, quo gignuntur,
Vim sequi dictaminis.

Nam nec ſunt illa mandata
Sic in naturâ fundata,
Vt ab illâ fluxerint:

Quòd tantæ ſint æquitatis,
Vt inſtar proprietatis
Ab eâ manaverint.

Sed cùm hac conjunctione
Ad ius, ordinatione
Ex divinâ, gaudeant:

Auctor ejuſdem naturæ
Facere poteſt, ut jure
Nos ligandi careant.

Nam nec per ſe, nec directè
In naturæ legem rectæ
Horum eſt infractio;

Sed velut conſecutivè
Deducit, & illativè
Repugnantem ratio.

Objectio.

Sed dices: nunquid connexus
Ad amoris Dei nexus
Eſt amor in proximum?

Et idem æterno Patri
Noſtrum & mortali fratri
Amando fert animum?

Qui verò vult fratri bonum,
Ad cuncta mandata pronum
Se facit respicere :

Et illo qui se replevit
Amore, legem implevit
Perfecto jam opere.

Ergò si nequit mutari
Lex, qua debet adamari,
Qui creavit sæcula :

Responsio duplex.

Sic quoque firma dicuntur
Præcepta, quæ describuntur
In secundâ tabulâ.

Prima, quòd præceptum, ut prohibet odium Dei nihil includit de amore proximi.

En duplex responsum meum;
Primum, quòd vt hæc lex Deum
Negativè respicit :

Est hoc modo naturalis
Strictè, nec fratrem, vt talis,
Diligendum objicit.

Secunda, quòd præceptũ de amando Deo sequitur obligatio amoris

Secundò, dum positivè
Ad charitatis activæ
Nos adstringit opera :

Numinis amor æterni
Amoris quoque fraterni
Nobis affert onera.

Sed hic amor ad mandata
Non per se ligat signata
Per secundum codicem;

Sed facit vt fratrem meum
Velim in amando Deum
Socium, & complicem.

Nam qui sibi tantum vni
Hoc de bono tam communi
Amorem percuperet:

In gravi foret errore,
Dum suum ab hoc amore
Proximum excluderet.

Ex quo nota per transennam,
Quam mereatur gehennam
Inuidi malitia:

Quam magnis subsit erratis,
Qui fraternæ charitatis
Laborat invidiâ.

VIII.

Est & vnum in tabellâ
Secundâ, cui nequit bella
Esse relaxatio:

Nec potest de falsitate
Ab æterna veritate
Dari dispensatio.

proximi, qui consistit in eo, quòd velimus Deum, ut bonũ commune etiam à proximo diligi: & hic amor non concernit præcepta secundæ tabulæ.

Nota incidẽter gravitatem peccati invidiæ fraternæ charitatis.

In præcepto prohibente mendacium dispensari nequit, quamvis

sit in secunda tabula.

Si mendacem in scripturâ
Quem legis, vel est figura
In ejus sermonibus:

Vel est culpa venialis,
Quæ sæpè contingit talis
In sanctis hominibus.

In tertio præcepto primæ tabulæ dispensari potest.

At in tabella priore
Tanto tertium rigore
Impleri non postulat;

Nam, vt cultus temporalis
Diem signat, naturalis
Ab eo lex exulat.

Nec est naturalis nexus
Quo dies talis annexus
Sit cultui Domini;

Et ab ejus impletione excusat metus gravis, modo non adsit cōtemptus Dei, legis, aut fidei, aut scandalum.

Imò si metum ob gravem
Frangatur, Deus suavem
Tunc se monstrat homini.

Modo tali fractioni
Nihil contingat opponi
Ligans naturaliter;

Ut est scandalum, vel legis
Vel fidei, vel & Regis
Regum honor pariter.

Ibi tandem advertatur,
Quòd suprà dictis certatur
Sat vano conamine:

Cùm sit tota divisarum
In plures sensus scholarum
Quæstio de nomine.

Nec enim potest negari,
Nullum posse casum dati,
In quo fiat licitum,

Quod per legem æquitatis
Tabulæ primæ mandatis
Est binis prohibitum.

E contra quis non fatetur,
Præter quintum, quod habetur
In secundâ tabulâ:

Et aliàs non liceret,
Posse, si Deus juberet,
Frangi sine maculâ?

Quod autem hæc tunc dicatur,
Qua præceptum relaxatur,
Stricta dispensatio:

Parùm refert, aut mutatæ
Materiæ, vel & latæ
Sit legis cessatio.

sententia opposita de dispẽsatione præceptorum secunda tabula concordantur.

IX.

Leges Ecclesiasticæ obligant sub peccato.

HVMANA lege ligantur,
Quibus Papæ dominantur,
Quibus & Concilia:

Nam veluti publicanum
Dicas, qui non audit ſanum
Ius quod dat Eccleſia.

Ergo Prælatos audire,
Et eorum obedire
Deus mandat juſſibus:

Quibus oves commendatas
Viis reddunt confirmatas
In ſpiritualibus.

X.

Item & politicæ.

ITEM violare leges
Nefas eſt, quas mandant Reges
Ad finem politicum:

Namque parere jubenti
Regi vult vt præcellenti
Petri dogma cœlicum.

Paulus quoque voce cœli
Servo præcepit fideli
Obedire Dominis,

Non ſolùm pænæ timore,
Aut ex mercedis amore,
Sed ob metum criminis.

Et qui ſuæ voluntati
Vt reſiſtat poteſtati
Permittit audaciam :

Ordinationi Dei
Reſiſtit , & actus rei
Incurrit malitiam :

XI.

Lex , ſi non eſt publicata,
Lex erit , ſed inchoata,
Nec perfecta penitùs :
Hic enim nexus ſtringendi
Vi caret , & coërcendi
Uſque dùm eſt cognitus.

Publicatio eſt de natura legis ut obſtringat.

XII.

Homo potens leges dare
Debet illas obſervare
Jùſta per ueſtigia :
Non metu coactionis ,
Sed causâ directionis
Et exempli gratiâ.

Homo legiſlator tenetur ſuas leges obſervare.

Cur & quomodo. Et quando.

Et hoc quidem verum erit ,
Si lex data ſecum gerit
Jùs cunctos reſpiciens :

Nec eſt , reduplicativè
Qua tales , imperativè
Subditos afficiens.

Et hinc fortè non ignoras,
Quòd canonicas ad horas
Quo jure constringeris :

Eo recitationem
Ad bonam, attentionem
Habere præciperis.

XIV.

De peccatis.

HEu frequenter experimur
Dum juramus, du mẽtimur
Nos legem infringere :

Ergo non opus est multis,
Ut probem rectis & stultis
Peccatum in genere.

Peccatũ est privatio rectitudinis debitæ inesse actui. Aliud est commissionis, aliud omissionis.

A Deo quidem averti
Et ad mundana converti
Re, verbis, dictamine,

Est, quòd vocamus peccare,
Atque debitâ privare
Actum rectitudine.

Privamus autem agendo
Malum, vel non exercendo
Bonum, quod proponitur :

Et hinc vel commissione
Mali, vel omissione
Boni lex infringitur.

Æqua namque creatura
Debet gradiri per jura
Quæ sunt grata Domino :

Quibus dum non cõformatur,
Ipsa statim elongatur
A tam recto termino.

A privationibus rectitudinum speciè diversarũ specificãtur peccata.

Hinc omnes culpæ derivant,
Et per recta, quibus privant,
Suas habent species :

Quas, licèt, ut discernamus;
Opus sit, ut convertamus
Ad objecta facies.

Objectio.

Nec dicas : Deum odisse
Actus est, cui contigisse
Recti nihil potuit :

Ergo non privatione,
Sed objecti ratione
Hoc peccans se polluit.

Responsio : Quomodò etiam odiũ Dei consistat in privatione rectitudinis.

Ibi namque dico reum
Peccantem, quòd circa Deum
Hoc actu se maculat :

Quo diversum res tam bona
Propter se suáque dona
A subjecto postulat.

Et advertas, tu Scotista,
Qui rectè deffendis ista
Cùm Subtili pauperum:

Confirmatur conclusio, ex eo quòd Deus cōcurrat ad entitatem Physicā operum nostrorū malorū: Et tota deformitas actus sit tota à nobis.

Quòd ipse mundi Creator,
Ut causa prima, patrator
Est nobiscum operum.

Ipse cum ore blasphemo
Ad has, quas memorans tremo,
Concurrit blaspemias:

Ità quòd hujus effectus
Mens nostra sola deffectus
Causet, & malitias.

Et sic patet quòd morale
Operationis malæ
Est illa privatio:

Quam in actu cordis rei
Deffectus ponit, non Dei
Concurrentis actio.

X V.

Radix divisionis peccati in mortale, & veniale est ex duplici lege.

At sicut esse difformis
Actus potest binis normis,
Quas peccans non sequitur:
Sic quoque peccato bino
Coram oculo divino
Subjacere dicitur.

Peccatũ mort. est contra praeceptũ seu legẽ, necessaria praecipientẽ.

Est prima necessitatis,
Sine qua nil æquitatis
Est in nostris actibus;
A qua quisquis deviabit,
A Deo se separabit
Peccatis mortalibus.

Veniale est contra consiliũ, seu legẽ vtilia praecipientem.

Secunda debet præire,
Non necesse, sed ad ire
Ad finem vtilius:
Hanc ab ore divinali
Qui non audit, veniali
Culpæ fit obnoxius.

At ne putes hinc, quòd negem
Veniale contra legem,
Qua Deus nos obligat:
Cùm vinclis vtilitatis
Hæc suæ vi potestatis
Lex ad bonum adigat.

XVI.

Non agitur hic de consiliis Evãgelicis, nam hæc per se non

UERUM semitæ perfectæ
Et supra legem evectæ
Ostensis consiliis
Non adhærens non sit reus,
Nam solùm volentes Deus
Ad hæc vocat præmiis.

Sic licèt, non ſumat ſortem
Tam fœlicem, qui conſortem
Ducit matrimonio :

ligant ſub aliquâ culpâ.

Quàm qui pro cunctis diebus
Divinis vacando rebus
Se dat monaſterio;

At nec culpæ venialis
Debitor eſt, ſtatus talis
Qui non capit medium :

Nec vlla lege ſe motum
Ad hoc tenet, quamvis totum
Sciat euangelium.

XVII.

QVODCVMQVE verò peccatum
Culpæ, pœnæque reatum
Relinquit in homine :

Reatus culpa & pœna poſt peccatum.

Sed quid ſit reatus ille
Pauci norunt, inter mille
Vtor Scoti lumine.

Reatus culpa eſt condignitas & ordinatio ad pœnã fundata in actu malo, & in voluntate generali

Eſt ergò culpæ reatus,
Qua peccans ſit obligatus
Ad pœnam condignitas :

Et pœnæ reatus erit
Pœnæ decretum, quo ferit
Peccantem Divinitas.

Dei puniendi sic peccâtes.

Sed in hac condignitate
Generali voluntate
Partem habet Dominus :

Reatus pœna est ipsa actualis ordinatio ad talem pœnam.

Qua præcepit justus Deus,
Ut pœnis subjectus reus
Et peccans sit animus.

Dic ergò, quòd peccatores
Quidam sunt multò majores,
Quidam minùs noxii ;

In quantùm sunt pro majori
Culpâ, vel frequentiori
Pænis plus obnoxii.

Vel reatus culpæ consistit in statù derelicto in anima per culpã trãsactã moraliter permanentem.

Vel dic, quòd ille reatus
Est culpæ transactæ status,
Qui manet moraliter :

Donec parcat ei Deus,
Atque pænitendo reus
Sit inventus aliter.

XVIII.

Non consistit reatus in privatione gratiæ habitualis.

REATUM ergò ne pone
In sola privatione
Habitus justitiæ :

Ita, quòd isto sublato,
Reus duret in peccato
Tanquam expers gratiæ ;

Tunc

Tunc enim vnum peccatum
Tantum caufaret reatum,
Quantum plura ſcelera :

Imò,per vnum , omninò
Corrupto dono divino ,
Nil augerent cætera.

XIX.

MORTIS æternæ mortale,
Reos facit , & vitale
Tollit munus gratiæ :

Effectus peccati mortalis in anima.

Dei reddit inimicos ,
Nitores tollit antiquos,
Tranſactæ juſtitiæ :

Geſta bona , quæ ſequuntur,
Hoc veneno deſtruuntur ,
Et marceſcunt ſubitò;

Hæc mala cauſat veſanum,
At non per Phyſicam manum,
Sed tantùm demerito.

Cauſat eos demeritoriè , & moraliter, non Phyſicè.

Nec ſicut candor à veſte,
Hac ſpirituali peſte
Mentis nitor pellitur :

Sed ex culpæ gravitate
Omni iuſtè venuſtate
Peccator exuitur.

XX.

Peccati venialis effectus.

Non ita se gerit male,
Quod vocamus veniale,
Quia dignum veniâ

Et cor, quod illud committit,
Justitiam non amittit,
Nec privatur gratiâ.

XXI.

Non potest fieri ex multis venialibus unũ mortale.

Et quamvis nec lapsus ille,
Quamvis fiant vltra mille,
Mortalis deveniat:
Cùm sit diversæ naturæ
A mortali, quia jure
Gratiæ non spoliat;

Paulatim tamen fervorem
Tollit, Deum per teporem
Provocans ad vomitum:

Habitus ad peccata venialia unde periculosus.

Et idem si sæpe redit,
Homini sæpè succedit
In perversum exitum;

Quatenus cor assuetum
Ad hoc malum, per secretum
Judicium Numinis,

Quibus eget, non firmatur
Gratiis, dum magni datur
Occasio crimnis.

Seu quòd jam assuefacta
Mens parvis malis, ad facta
Inclinatur maxima:

Et lapsu gravi peccare
Est facilè, qui vitare
Non curavit minima.

XXII.

ILLUD quidem sat deletur,
Et pro non facto censetur
Per Sacramentalia,

Veniale remittitur per Sacramẽtalia; & quomodò.

Sed cum motu cordis volo:
Nam ex se se nullum solo
Æra solvet talia.

Sed an hunc in venialem
Culpam motum actualem
Velim & implicitum:

Hinc dubito, quòd prodesse
Virtualem, & sat esse
Legerim implicitum.

XXIII.

ACTUS fervens, dolor mentis,
Cor patiens in tormentis
Sunt hujus remedium;

Remittitur & multis aliis mediis.

Hujusque culpæ reatu
Solvi potes in hoc statu
Per multiplex medium.

XXIV.

An peccatum veniale possit dimitti existenti in peccato mortali.

Affirmant quidam, mortali
Remanente, veniali
Dari posse veniam:

Seu hoc posse condonari,
Quamvis ob mortale
Dari non contingat gratiam.

Ut cùm extrà Sacramentum
Cordis dolentis accentum
Quis ità dirigeret:

Ut in culpam venialem
Actum supernaturalem
Attritus eliceret.

Remissio peccati venialis non restituit manenti in peccato mortali perfectâ Dei familiaritatem & amicitiâ, sicut restituit justo, sed

Sed sic ab eâ solutus,
Non hinc Dei restitutus
Foret amicitiæ:

Nam amicus esse Dei
Non potest, qui status rei
Subest injustitiæ.

Undè culpæ venialis,
Manente statu mortalis,
Dùm datur remissio,

Quorumdam auxiliorum
Ob hanc culpam ablatorum
Datur restitutio;

Quæ familiaritatem
Dei plenam, æquitatem
Habenti, reſtituit :

At non illum, ſed minorem
Præſtat fructum, cui decorem
Gratiâ non tribuit.

Undè quia ſunt Scotiſtæ,
Qui dicunt, quòd ſenſus iſte
Ex Scoto colligitur ;

Ei licet adhærere,
Oppoſitus tamen verè
Fortiùs deffenditur.

Non quòd parva condonanda
Negem, quin gratiæ danda
Sit ſtatim infuſio :

Sed quòd reo de mortali
Ineſſe de veniali
Non poſſit Attritio.

Non poſſit, inquam, de viâ,
Quam Scholæ noſtræ vox pia
Vocat ordinariam :

Nam ſi Deus voluiſſet,
Decernere potuiſſet
Aliter per aliam.

tantùm aliqua auxilia ob dictã culpam venialem ei ſublata.

Admittitur opinio affirmans.

Contraria probabilior cenſetur de viâ ordinaria.

Cujus vera ratio affertur.

℣ & V.

Iusto decedenti cum peccatis venialibus remittũtur post mortem.

Est & mens una Scholarum,
Solvi post mortem culparum
Nexus venialium:

Cùm quis his coinquinatus
Moritur, nec est fœdatus
Reatu mortalium.

Sed modum, quo remittuntur,
Dum assignant, dividuntur
In plures sententias:

Dubitatur quomodò & quando fiat hæc remissio.

Cùm Scriptura nil expressum
Det, quo sopire concessum
Sit has differentias.

Nam textu dùm non obscuro
Remitti vult in futuro
Quædam sæclo crimina:

Pro modo tamen & quando
Hinc resolutè probando
Non tribuit lumina.

Primus modus dicendi affertur.

Multi dicunt, quòd cùm vita
Est iusti morte finita,
Statim ejus anima

Ad Deum conversione,
Potest & contritione
Hæc odisse minima;

Nam tunt novit ſuum ſtatum
Et ad hoc eſt ei datum
Efficax auxilium :

Vndè patet, quali modo
Anima poſſit à nodo
Solvi venialium.

Scotus hunc modũ impugnat;
Quia de lege repugnat
Saltem ordinariâ;

Et impugnatur.

Ut in termino mereri
Quis poſſit, ſibi deleri
Mala viæ levia.

Dicit ergò quòd ob gratum
Viæ quendam acceptatum
Actum Deo placitum

Alter modus ſolvendæ difficultatis proponitur.

Decedenti in charitate
Sunt culpæ leves ſublatæ,
Quæ reſtant poſt obitum.

Nam ſi remittuntur tali,
Dum vivit, abſque formali
Harum pœnitentiâ :

Sed ob actum magis gratum,
Quam offenderit erratum,
Iuſto detur venia ;

Poteſt opus acceptari,
Dum vivit, & ob hoc dari
Poſt mortem dimiſſio:

Quamvis ad id tunc ab eo
Non poſſit referri reo
Actu meritorio.

Objectio. Si dicas, cur hæc ſublata
Non eſt culpa, magis grata
Cùm facta ſunt opera?

Reſponſio. Dico quidem impedita
Remiſſionis in vitâ
Extitiſſe munera:

Eo quòd homo vivendo
In his culpis perſiſtendo
Obicem poſuerit;

At poſt mortem cùm mereri
Non poſſit, aut demereri
Omnis obex præterit.

Tertius dicendi modus affertur. Eſt alter modus dicendi:
Metam ſatiſpatiendi
Ignem purgatorium

Terminum remiſſionis
Tandem, & ablationis
Eſſe venialium.

Non quòd vi pœnæ ſolutæ
Auferantur abſolutè
Ex ſe venialia :

Et explicatur.

Sicut debitum humanum
Ceſſat ſtatim, & fit vanum
Solutâ pecuniâ.

Sed ſic ab igne purgatis
Venialis pravitatis
Datur condonatio:

Nec ſolùm reatus pœnæ,
Sed & culpæ ceſſat plenè
Omnis obligatio;

Eò quòd ſolutionis
Atque ſatiſpaſſionis
Illius intuitu,

Deus dimittit peccatum
Hoc leve, quo nil fœdatum
Cœli gaudet aditu.

Et hinc diſcrimen diſcerno
Inter eum, qui in inferno
Ob hoc quoque patitur:

Quòd cùm ei deſtinata
Tormenta ſunt terminata,
Culpa non dimittitur;

Sed ſemper manet in illo,
Æterno velùt ſigillo
Ad pœnam condignitas :

Condignitas verò talis
Eſt manens habitualis
Peccati deformitas.

Iuſti verò, qui purgantur,
Hinc poſt pœnam affirmantur
A peccato liberi :

Quòd charitate ferventes,
Se ſubmittunt patientes
Tormentorum oneri.

XXVI.

Pœna peccati venialis coniuncti cum mortali in inferno non erit æterna.

SCIAS autem, quòd quas ſtruit
Veniale, ſi non luit
Pœnas vivens improbus :

Igne non luet æterno,
Licèt ardens in inferno
Aliundè reprobus.

Tu qui Deum ſcis benignum,
Non putes ultrà condignum
Punire facinora :

Sed cenſe, quòd culpa levis
Iuſtè debet pœnæ brevis
Dura pati tempora.

Nec quia culpæ reatus
Semper manet, & ad latus
Eſt mortalis ſceleris:

Occurritur objectioni.

Concludas æternam fore
Pro parvo pœnam errore
Tartarei carceris;

Reatus enim, qui manet,
Non eſt radix, undè manet
Pœna culpæ debita:

Sed eſt error actualis,
Qui mox fluxit, cauſans talis
Supplicii merita.

Mortalis autem deffectus
Suos relinquit effectus
Omninò diſſimiles:

Ergò, qui diſtant offensâ,
In pœnâ non ſunt extensâ
Nec intensâ ſimiles.

Datur enim pœna ob peccatum actuale præteritum, & non ob reatum, ſeu ſtatũ ejus moraliter permanẽtem in damnato cum reatu peccati mortalis.

XXVII.

Est homo ſæpè tam malus,
Cui ſua vileſcit ſalus,
Vt peccet in Spiritum:

Dum in fontem bonitatis
Obſtinatæ voluntatis
Tetrum mittit halitum;

Peccata in Spiritum S. ſunt directè contra bonitatẽ Dei. &

ideò difficulter remittũtur, quia repugnãt principio iustificationis.

Hic sibi præcludit viam
Ad salutarem & piam
Motionem gratiæ,

Ex quo talis, licèt queat,
Rarò contingit, quòd eat
Ad iter justitiæ.

XXVIII.

His ritè sic speculatis,
Vt ad praxim veniatis
Sacerdos, & pœnitens:

Regula ad discernenda peccata mortalia & venialia, ex genere.

Hoc pro tenebroso monstro
Discernendo, vobis monstro
Quoddam lumen renitens.

Quod scriptura, leges, mores,
Sponsa Christi, quod Doctores
Minis damnant gravibus,

Vel ad rectam rationem
Habet oppositionem
Nefandis respectibus:

Regula ad cognoscendũ, quomodo mortale ex genere potest fieri veniale.

Hoc mortale vult vocari,
Hoc festina liberari,
Miser homo, scelere.

Et è contra.

At quia sunt de se quædam,
Quæ reddũnt inferni prædam
Ex nativo genere:

Quæ tamen, & vice versâ,
Ita non erunt perversa,
Ut excludant veniam;

Vltra legis vim expende
Motum cordis, & attende
Peccati materiam.

Si quid magnum intendatur,
Aut finis constituatur
In re, licèt minimâ,

Ex se parvum fit profundum,
Ponitque semen fæcundum
Malorum in animâ.

Sic ubi res levis erit;
Lex quamvis arcta, non ferit
Reum læthi sanie;

Verùm quædam pravitate
Tanta scatent, parvitate
Quòd carent materiæ.

XXIX.

TANDEM ut scire tuorum
Objectivas peccatorum
Possis circumstantias:

Quis tu sis, & quem offendas,
Ubi pecces, quovè tendas,
Velim, ut perspicias.

Item advertendæ circumstantiæ, mutantes speciem, & notabiliter

aggravãtes.

Mens enim tibi monstrabit,
Quid peccatum aggravabit,
Quid mutabit speciem:

Et peccata multiplicantes in eodem actu.

Quid iuxta binum mandatum
Pro bino motivo datum
Binam habet faciem.

XXX.

Regulæ ad cognoscendã distinctionem numericã peccatorum.

ATTENDE post hæc quæ mora
Interrupit indecora
Moraliter opera:

Si resumis retractatum,
Aut interruptum peccatum,
Duo facis scelera.

Unum si feceris opus,
Quod actus prævii scopus
Per se fuit plurimi:

Omnes in genere moris
Ut unum, claudit erroris
Vnum nomen ultimi;

Tuncque scias te teneri
Opus tantùm confiteri
Quod complet malitiam:

Non vocem, aut actionem,
Neque cogitationem
Ad hoc opus præviam,

TRACTATVS IX.

De virtutibus.

I.

HABITUS electionis;
Virtus est, & rationis
Ductu tenens medium:

Definitio virtutis, ut sic.

Et cùm ad bonum inclinat,
Ad extrema non declinat,
In quibus est vitium.

Potest autem nostros gressus
Hic extremorum excessus
Vel in actu lædere,

Potest esse duplex recessus à mediocritate nempè vel in actu, vel objecto.

Vel potest propter objectum;
Ad quod per nostrum affectum
Contingit nos tendere.

Primus deffectus offendit,
Cùm quis ad objectum tendit
In mensurâ licitum:

Explicatur recessus in actu.

Sed actu nimis fervente,
Aut fortè nimis torpente:
Currit ad propositum.

Sic qui parum edit panis
Dùm cœnat, sed quem, ut canis,
Morsu vorat devio:

Non objecti quantitate,
Sed actûs enormitate
Recedit à medio.

Quid sit recedere à medio critate in objecto.

Si quis autem actu lento
Multo ventrem esculento
Gravem nimis redderet:

In actibus moralibus potest occurrere uterque ille recessus, & corrigitur per virtutes morales.

Hic medietatis iura
In excedentis mensurâ
Objecti perfringeret.

Hic ergò binus deffectus
Quia morales effectus
Sæpè fœdat hominum:

Virtutes, quæ mores domant,
Actus, objectique donant
Rectum eis terminum.

In actibus theologicis nō potest esse excessus in objecto, sed in actu, &

At cùm nemo circa Deum
Excessum habeat reum,
Vt objecti nimii:

Hinc virtus Theolagalis
Directrix, sicut moralis,
Non est bini medii;

Sed quem in actus progressu
Prævidet, ab hoc excessu
Mentes nostras corrigit,

hic corrigitur per virtutes theologales.

Et actum, quamcumque partē
Concernat, per suam artem
Ad medium redigit.

II.

Cùm autem sit voluntatis,
Iure suæ libertatis
Quæ decent eligere:

Virtutes principaliter resident in volũtate.

Sequitur, quòd rectè putes,
In voluntate virtutes
Quasdam sedem ponere.

Et certè decet, reginam
Per cuius solam ruinam
Triumpharent vitia:

Vt possit ius exercere
In appetitus, habere
Virtutis auxilia.

Verùm actus imperati
Cùm crebrò sunt iterati,
Suos gignunt habitus:

Aliqua etiam in utroque appetitu.

Ergò dic, quòd appetitus
Per actus frequentes tritus
Est virtute præditus;

Vt per eamdem excultus
Post passionum tumultus
Crebrò minùs abeat:

Et voluntati rebellis,
In his intestinis bellis
Sibi non complaceat.

Sic dùm virtus sumpta merè
In regali vult manere
Voluntatis dexterâ:

Quasi participativè
Parti debet sensitivæ
Dari virtus altera.

III.

Virtutes, morales aliæ.

VIRTUTES quædam morales
Dicuntur, quià mortales.
Bonis ornant moribus:

Theologales aliæ.

Et theologales dictæ
Nostris ferendis addictæ
Sunt in Deum actibus.

Morales cardinales.

At inter morales cedam,
Quòd sint cardinales quædam,
Ut fontes, & cardines:

Ex quibus cunctæ nascuntur,
Et in quibus innituntur,
Quasquas habent homines.

IV.

E x istis, quæ sunt bis binæ,
Hanc in intellectu sine,
Cui nomen prudentia:

Prudentia est in intellectu.

Per quam videt mẽs humana,
Quæ sit via rectè plana
In suâ tendentiâ;

Nec tantùm hanc speculatur,
Sed circa praxim versatur,
Quantâ potest operâ:

Sicque lucet voluntati,
Ut hæc gressus æquitati
Cedat, quamvis libera.

V.

TAMEN quis prudentis sorte
Gaudebit, non habens forte
Cor, justum, aut temperans:

Nam potest mens esse recta
In dictando, quin objecta
Sequatur cor operans.

Potest esse sine aliis virtutibus moralibus.

Cor tamen non erit æquum,
Forte, temperans, quin secum
Prudens adsit claritas:

Nam per hanc electionis
Mensuram, & actionis
Rectæ videt semitas.

Non verò aliæ sinè ipsâ.

Licèt sit in intellectu, debet dici electiva, & quarè.

Et hinc patet, Moralista,
Undè quoque virtus ista
Electiva dicitur:

Licèt sit in facultate,
Quæ carere potestate
Eligendi traditur.

Vis enim intellectiva
Modo quodam electiva
Hinc non debet ambigi,

Quòd proponat eligendo,
Eligátque proponendo
Quæ Digna sunt eligi.

VI.

Cuilibet virtuti adest specialis prudentia directrix. Vbi sunt omnes virtutes, ex singulis, quæ singulas dirigunt, prudentiis fit una pru-

Si virtus sit tantùm una,
Una statim opportuna
Aderit prudentia:

Et quotuplex virtus erit,
Totuplex & illa gerit
Lumen cunctis prævia.

Si cunctæ virtutes chorum
Simul agant, plenam morum
Causantes decentiam:

Vnam singulæ, remotum
Velut genus, & vt totum,
Tunc conflant prudentiam.

Advertat hîc mens legentis,
Quæ ſint logicæ docentis,
Et utentis munera.:

Quòd, ut prior arguendi
Dat leges, datis utendi
Munus habet altera.

Sic in morum diſciplina
In communi poteſt bina
Vix directrix ſtatui:

Docens, quæ modum agendo
Præſcribat, & exercendo
Utens vacet actui.

Ut logica Docens ſcire
Facit, & vtens prodire
Latentem Scientiam:

Sic nos ſumus per docentem
Recti, tales per vtentem
Monſtramur prudentiam.

Non tamen inde ſequetur,
Quòd ſi docens vna detur
Specialis logica;

Si ſit ſcholis ab vtente
Vna cunctis ſerviente
Forma ſyllogiſtica;

dentia genericè.

Comparatur prudētia in virtutibus cũ Logica in ſcientiis.

In hoc tamen eſt diſcrimẽ quòd ſi eſt una Logica docens, & una

Utens specificè, non datur una specie prudētia directrix omnium virtutū.

Sic detur in speciali
Vna virtus, quæ morali
Præsit exercitio:

Non enim [illegible] vna sola
Pro regendâ morum scholâ
Tanto par officio:

Ratio disparitatis.

Cùm uirtutes uno negent
Modo regi, multis egent
Dirigi prudentiis:

Aſt vnus eſt diſputandi
Modus, & argumentandi
Omnibus ſcientiis.

Sicut sūt multæ artes factibiliū, ſic multæ prudentiæ agibiliū.

Et ſicut ſunt artes multæ,
A quibus mentes excultæ
Sunt in factibilibus;

Sic normæ prudentiarum
Pro diverſis diſtinctarum
Dantur agibilibus.

VII.

Virtutes morales ſe mutuò juvant in eodem ſubjecto.

Ad bonos formandos mores
Virtutes, quaſi ſorores,
Se ſe juvant invicem:

Et ope viciſſim piâ
Sæpè tollunt, quem in viâ
Invenirent obicem;

De se tamen vnaquæque
Esse tota potest, æquè
Ac esset cùm cæteris:

Vna tamē potest esse sine alia.

Nam distinctæ quidditate,
Et per actus generatæ
Sunt diversi generis.

Quòd si quando castæ menti
Objecti terror tormenti
Lapsum causet corporis,

Occurritur objectioni. Committens luxuriam ob graves minas mortis, non cadit, quia castus nō est, sed quia non est fortis.

Non deffectu castitatis
Cadit, sed ob firmitatis
Deffectum, & roboris.

Non ergò virtus obliqua
Fit idcircò, sed iniqua
Est mens eam possidens:

Nec per effectum terroris
Violatur flos candoris
Per se, sed per accidens;

Et in hoc rectè concludo,
Quòd non magna fortitudo
Lapso fuit animo:

Et hunc castitas non violatur per se, sed per accidens.

Nam non est casti, sed fortis
Virtutem in casu mortis
Conservare proximo.

Et à turpi quis allectus,
Eſt caſtitate perfectus,
Si turpi reſtiterit:

Mox ſi graves eum minæ
Sternant, dic cauſam ruinæ,
Quòd fortis non fuerit.

Probatur exemplo facili.

Exemplum ſumam ab eo,
Qui pectus vult enſe reo
Adverſum transfigere:

Si ſibi reſiſtat pectus,
Molles in ventre deffectus
Quærit, aut in latere;

Tunc ſi ventrem valdè fetit,
Ægrum quoque pectus erit
Ægro junctum corpori:

Nec tamen hinc erit dictum,
Quòd vulnus fuit inflictum
Per ſe priùs pectori.

Sic, caſtus objecti pulchri
Spretor, ſi metu ſepulchri
Reus fiat criminis:

Non per ſe pudoris dico
Hoc vulnus, ſed fit pudico
Plaga fortitudinis.

Concedo

Concedo tamen & volo,
Quòd si tantum flore solo
Castitatis fulserit:

Hac dici potest famosus,
Sed completè virtuosus
Vocari non poterit.

Tamen qui aliqua virtute caret, non potest dici simpliciter virtuosus.

VIII.

VIRTVTI cuique morali
Cum quaquâ Theologali
Magna sunt commercia:

Et ope juvant frequenti,
Quæ vicissim nostræ menti
Causant exercitia.

Virtutes morales, & Theologales se iuvant invicem.

Quæ versantur circa Deum,
Converti præstant ad eum
Effectus moralium:

Extenduntque fines morum
Ad ipsum finem bonorum
Superuaturalium;

Quid Theologales cōferant moralibus.

Ac cum æstus charitatis
Culpæ mortalis erratis
Sint incompossibiles,

Hi moralibus ardores
Præstant, ad ornandos mores
Ut sint magis habiles.

Et licet nec culpa quidem
Lethalis per ſpem, vel fidem
Exulet à cordibus :

Iſtæ tamen proſunt ſatis,
Ut illæ moralitatis
Promptæ fiant actibus ;

Præſertim cùm illæ vivæ
Per charitatis activæ
Redduntur incendia :

Cùm hujus valor reginæ
Aptas facit ad divinæ
Mercedis ſtipendia.

Quod Theologales præſtant moralibus, eſt extrinſecū harum entitati.

Cùm autem ita purgari,
Et ad Deum terminari,
Sit illis extrinſecum :

Dico benè, quòd morales
Nihil per Theologales
Acquirunt intrinſecum.

Dico quoque, finem eum,
Quo reducuntur ad Deum,
Eis licèt optimum :

Non tamen immediatum
Eſſe, nec eis innatum,
Vt primum, & intimum,

Ergò possunt segregatæ
A trium societate
Perfectè consistere :

Et circà finem naturæ
Quatuor hæ pleno jure
Suos actus edere.

Et ideò hæ possunt esse sine illis.

I X.

ADDÒ quoque, quòd conversus
Nuper ad Deum, aversus
Nuper à sceleribus

Theologales in mente
Habet, Deo transfundente,
Sed caret moralibus.

Item Theologales infunduntur sine comitatu moraliũ.

Nam licèt à charitate
Actiones imperatæ
Sint virtutum omnium,

Occurritur objectioni.

Et recèns plenus amore
In omni perfecto more
Suum ponat studium :

Sentit tamen renitentem
Ad hos actus suam mentem
Assuetam aliis :

Et tardos ad bonum passus
Movet, qui longis est passus
Captivari vitiis.

Peccator de novo conversus, licèt à charitate inclinetur ad actus virtutum moraliũ, sentit tamen dif-

ficultatē magnam in iis exercendis.

Ex quo, quibusvis invitis,
Infusos cum acquisitis
Non connectas habitus:
Nam fide, spe, charitate
Nuper gaudens, castitate
Non statim est præditus.

Ex quo dicendum quòd habet theologales sine moralibus.

Certè tamen per morales
Iuvantur Theologales
Ad partus effectuum:
Quia magis operantur,
Cùm per morales frenantur
Appetitus sensuum.

Virtutes morales in quo iuvent theologicas.

X.

Idem in re, velim, putes
Dona, fructus, & virtutes,
Ac Beatitudines:
Nam hæc cuncta per septenum
Genus virtutum amænum
Consequuntur homines.

Dona, & fructus Spiritus S. & beatitudines evangelicæ sunt idem in re ac virtutes.

Nam homo vel increata,
Ut fruatur: vel creata,
Ut vtatur, respicit;
Tendentem ad Deum terna,
Ad rem creatam quaterna
Plenè virtus perficit.

Tribus Theologicis perficimur circa Deum, &

Numen cognoſcit per Fidem,
Per ſpem concupiſcit idem.
Vt rem ſibi commodam:

quatuor Cardinalib. circa uſum creaturæ.

Et in ſe per charitatem
Amat, amabilitatem
Vt habens omnimodam.

Quid præſtet Fides.

Dum circa creata tendit,
Quid agendum ſat oſtendit
Directrix prudentia;

Quid ſpes. Quid charitas. Quid prudentia.

Quòd ſi circa ſe verſetur,
Vt in votis reguletur
Eget Temperantiâ;

Quid temperātia.

Quæ voluntatis pruritum
Primò frenat, appetitum
Mox concupiſcibilem.

Si magna ſit altitudo
Objecti, tunc fortitudo
Iuvat iraſcibilem;

Quid Fortitudo.

Movens primò voluntatem
Ne propter difficultatem
Bonum linquat arduum:

Nec propter amaros flores
Dulces amittat ſapores
Optimorum fructuum.

Quid iustitia.

Tandem extra se tendentem,
Proximosque concernentem
Regulat iustitia:

Quæ compellit voluntatem,
Vt fiat per æquitatem
Alteri propitia.

Ex quo sequitur, quod hæ sunt septē suprema genera virtutū.

Dic ergò, quidquid est morū
Et virtutum, aut Donorum,
Aut Beatitudinum,

Ab his septem derivari,
Sicut scaturit à mari
Omnis aqua fluminum.

Dona verò Fructus &c. sunt species diversæ sub iis contenta.

Cùmque propter plùs, vel minùs
Eis dat sermo divinus
Multas vocum facies:

Dic, quòd septem supremorum
Generum hîc descriptorum
Sunt diversæ species.

Donum sapientiæ est idem ac charitas.

Idem certè quod Amorem
Primum Donum ob saporem
Dico sapientiam;

Donum consilii est prudentia.

Et per consilii Donum
En directricem ad bonum
Assigno prudentiam.

Iusti, vel amantis cordis
Est virtus misericordis
Et pii cum proximo :

Donum pietatis est iustitia, aut Charitas.

Qui Dei servat timorem,
Hic in humili tumorem
Temperavit animo.

Donum timoris est temperantia.

Intellectus est certorum
Fidei principiorum
Infusa notitia :

Dona intellectus, & scientia sunt Fides perfecta.

Fidei conclusiones,
Certasque deductiones
Concernit scientia ;

Et hæc Dona claudit bina,
Si perfecta sit, divina
Vno fides lumine.

Tandem patet Fortitudo,
Vt virtutis habitudo,
Donique sub nomine.

Donum fortitudinis, est virtus fortitudo.

Quòd autem hæc dona Dei
Sint idem à parte rei
Quod beatitudines :

Dona Spiritus S. idem ac beatitudines S. Aug. lib. 1. de

Octavæ sanctorum pia
Te docebit homilia
Integram si termines.

serm. Domini in monte à cap. 1. ad 5.

At verò fructus bisseni
Aut virtutes, aut amæni
Sunt virtutum palmites:

Fructus Sp. S. reducuntur ad virtutes.

Vel sunt bonæ vitæ fructus,
Ad quos est homo perductus
Per virtutum tramites.

XI.

De virtutib. Theologicis in specie.

Fides acquisita non sufficit, infusa est necessaria ad salutẽ.

FIDEM partam per auditum
Et assensum acquisitum
Puto multum utilem:

Sed infusâ fide volo
Plenum, qui se tandem polo
Reddere vult habilem.

Nam, ut amor quem natura
Sola causat, nulla iura
Dat ad cæli munera:

Vide Cardinal. Brãcat. tom. 3. de fide part. 2. disp. 2. art. 1. & seqq.

Ita fides comparata
Non est proportionata
Ad salutis opera.

Adde, quòd hæc acquisita
Ad quandam inclinat ità
Fides certitudinem:

Suæ quòd adhæsionis
Vi tollit deceptionis
A periclo neminem.

Neque ſanat intellectum,
Vt hic tendat in objectum
Supernaturaliter;

Nec ità ſentit de Deo,
Quin ſæpè ponat in eo,
Quod tamen eſt aliter.

Quod autem non poteſt illa,
Deus in mentis pupillâ
Per infuſam efficit:

Ad quid requiratur fides infuſa.

Et per ejus firmitatem
Mentis ſanat levitatem,
Et obtutum perficit.

XII.

At quamvis pateat clarè
Quod actuali præſtare
Hoc poſſet auxilio;

Datur habitus fidei infuſa.

Quod ad id habitus detur,
Ex ſacris dictis videtur
Et bino concilio.

Probatur ex modis loquendi. Concil. Vienn. Et Tridentin. ſeſſ. 6. cap. 7.

Nam cùm dicatur manere
Fides, augmentum habere,
Et infundi parvulis:

Quòd ſemper non amittatur,
Licèt gratia perdatur
Ex peccati maculis;

Et scriptura sacra.

Quòd donum est, non visarum
Argumentum, sperandarum
Et rerum substantia;

Habitum fidei dari,
Ex his non potest negari
Absque violentia.

Fides infusa habitualis est fundamentum & causa initialis salutis.

Ex quo concludendum vides,
Quòd habitualis fides
Mentibus infunditur:

Quæ salutis fundamentum,
Et primum inchoamentum
Justitiæ dicitur.

Nam Charitas est formalis,
Et Fides initialis
Causa, quam vult sanctitas;

Et hæc Fides artus Christi
Facit, sed non vivunt isti,
Si non adsit Charitas.

XIII.

Fides acquisita non ideò est inutilis, sed necessaria de lege ordina-

Nec hinc acquisita menti
Infusâ fide gaudenti
Dicetur inutilis:

Cùm sit ex scripturis tritum,
Quòd est tantùm per auditum
Fides elicibilis.

Nam ſpecies objectorum
Cùm tres infuſi ſuorum
Non afferant habitus:

ria; & quarè

Nunquam in actum exirent,
Ni priùs illæ venirent
Per ſenſus ad ſpiritus.

Quia verò, Deus, per te
Non cunctis ſoles apertè
Tua verba promere;

Sed ea paucis commiſſa
Iubes per illos tranſmiſſa
Alios addiſcere;

Indè fit, quòd per doctores,
Per parentes, per paſtores
Nos docet Eccleſia:

Nam & ipſa ſecretorum
A Deo revelatorum
Eſt depoſitaria.

Cùm autem quis ſic imbutus
Doctrinis, eſt & ablutus
Iam fonte baptiſmatis;

Cùm infuſam hinc haberet
Per eam credens adhæret
Veritati dogmatis;

Vterque habitus fidei infuſus, & acquiſitus concurrit ad actum

Et ſic dum à Deo data
Fides eſt cum comparatâ
In eodem reſidens :

credendi: infuſus per ſe, acquiſitus per accidens.

Concurrunt ut cauſa bina
Ad actum, per ſe divina,
Humana per accidens.

Et quia fides infuſa
Non poteſt eſſe deluſa
Per dogma fallibile :

Hinc manet ſatis compertum,
Quòd ſemper tendit ad certum
Et ad infallibile.

In cathecumeno quomodo ſola acquiſita concurrat

Quòd ſi quis eſt ſic inſtructus
Cathecumenus, & fructus
Baptiſmi non cœperit :

Hic per ſolam acquiſitam
Credet, ſed nunquam ad vitam
Ei ſola proderit ;

Et cum actuali auxilio Dei quid ei proſit.

Niſi ſupernaturali
Moveatur actuali
Numinis auxilio :

Quod ſit ei lotionis,
Vel juſtificationis
Prima diſpoſitio.

At per hæreſim recedit
Infuſa fides, hinc credit
Per partam hæreticus:

In hæretico eſt ſola acquiſita.

Et cùm vera credat multa,
Falſis tamen fide ſtulta,
Hæret æquè mordicùs.

XIV.

Est ergò Fides à Deo
Infuſus habitus meo
Illuſtrator mentium:

Definitio Fidei theologalis infuſa.

Quo cuncta vera creduntur,
Quæ Dei verbo traduntur
Auribus fidelium.

Seu Fides habitualis
Eſt lux ſupernaturalis
In mentis potentiâ:

Per quam hæc eſt inclinata;
Vt credat, quæ revelata
Proponit Eccleſia.

XV.

Et hinc objectum formale
Fidei, materiale
patet, & primarium:

Objectum fidei.

Nam dic omne revelatum
Materiale adæquatum,
Deum primum omnium;

Materiale adæquatum, primarium,

Formale. Esse revelatum à Deo verace est ratio formalis objecti fidei.

Et cùm his, vt revelatis,
Et vt à verace latis
Deo, credat animus:

Ratio tendendi talis
Est, cui titulum formalis
Objecti tribuimus.

Velim autem hîc notari,
Triplex ad credendum dari
Motivum fidelium:

Vnum est dispositiuum,
Alterum est directiuum,
Et formale tertium.

Et hoc vltimum nos verè
Per divinam adhærere
Fidem facit creditis:

Et nos facit assentire,
Verace à Deo prodire
Quod est in propositis.

Hoc formale dic objectum
Sub quo fides intellectum
Inclinat credentium:

Per assensus tùm ad Deum,
Tùm revelata per eum
Ad cuncta tendentium.

Et quià solà credentes
Revelans sic adhærentes
Prima facit veritas:

Objecti quoque formalis
Rationem divinalis
Subintrat veracitas.

Et in hac pono credendi,
Et creditis adhærendi
Motiuum intrinsecum:

Motivũ intrinsecum credendi est veracitas Dei revelantis.

Ut tamen mens disponatur
Ad credendum, assignatur
Multiplex extrinsecum.

Et sic, ut assentiamus
Fide divina, credamus,
Et, ut decet credere,

Vt in revelata ab eo,
Qui verax est summè, Deo
Est necesse tendere.

XVI.

A T non semper est necesse,
Vt cogitetur expressè
Dei revelatio:

Vt actus sit fidei divinæ non est necesse, ut semper explicitè cogitetur

Nam hæc implicitè, sivè
Si sit interpretatiuè,
Sat est cogitatio,

de revelatione Dei.

Nam qui revelatæ rei
Ob teſtimonium Dei
Revelantis credidit :

Seu expreſsè cogitando
De Deo teſte , ſi quandò
Actu fidem edidit ;

Cùm circà creditum idem
Exercet poſtea fidem
Dei per auxilia :

Quamvis tunc vel ob paſtoris,
Eccleſiæ , vel doctoris
Credat teſtimonia :

Si divinum non includat,
Dum non poſitivè excludat,
Sed non actu cogitet :

Fidei divinæ talem
Quis & ſupernaturalem
Actum eſſe dubitet ?

Nam cùm in ipſius mente
Virtute quadam manente
Adſit revelatio :

Influxus huic virtualis
Eſt , ut ſupernaturalis
Sit credentis actio.

Hoc exemplo patet claro
In ipſis iuſtis, qui rarò
Explicitè cogitant,

Id à Deo revelatum,
Quod per actum frequentatum
Oris pii dictitant;

Vt ſymbolum proferenti,
Vel ſacris rebus præſenti
Probatur contingere:

At quis vellet hos cenſere,
Fidei divinæ verè
Actum non elicere?

XVII.

Si nemo Deo placebit,
Illâ fide qui carebit,
Quæ datur, ut habitus:

Cùm iuſtificationis
Baſis ſit, adoptionis
Qua nititur Spiritus;

Dic quoque, quòd actualis
Si deſit, habitualis
Adulto non dabitur;

In quo vel ut baptizetur,
Aut primò iuſtificetur
Prævia requiritur.

Fidei actualis neceſſitas proponitur, & explicatur.

In adulto ad primã iuſtificationem ſivè extrà ſivè in baptiſmo re-

quisita, qualis, & quomodò. Hinc Paulus vult esse Deum
Priùs credi, quam ad eum
Quis possit accedere:

Sic priùs Salvator mundi,
Quàm baptismo fiant mundi,
Vult homines credere.

Et hic actus ut prodesse
Possit, & salutis esse
Eis dispositio,

Fidei non sit humanæ,
Sed divinæ, sit & sanè
Dei cum auxilio.

Si tamen talis adultus
Semper extiterit stultus,
Hoc actû non indiget:

A quo nil, ut abstergatur,
Quàm quod in pueris datur,
Deus bonus exiget.

Necessaria non est explicitè actualis in conversione At cùm homo baptizatus,
Aut primò iustificatus
Mox committit scelera,

Vt iustificationem
Sumat, & remissionem
A divinâ dexterâ:

Observo, quòd non est ei
Actus fidei, vel spei
Tunc opus explicitè:

Sed sat est, si cum dolore
Expresso, vel cum amore
Hos habet implicitè.

peccatoris iam baptizati, aut aliàs justificati.

Et certè nemo non novit,
Quòd illi Deus ignovit,
Cui fuit contritio:

At hîc fidei professæ
Vel reflexè, vel expressè
Non est elicitio.

Restat ergò, quòd in puncto,
Quo quem animo compuncto
Pænitet veraciter:

Fidei Speique bonæ
Actus in contritione
Claudat virtualiter.

XVIII.

Dico quoque, ne, Fidelis,
Tuam semper fidem velis
Otiosam sinere:

Tempus enim est, quo dato,
Hunc actum sine peccato
Non potes omittere.

Actus fidei quandò eliciendus.

Cardinal. Bracat. de lauria.

Tom. de fide disp. 10. ar. 5. per totũ.

Infans enim lotionis
Sacræ conſors, rationis
Cùm ad vſum venerit:

Peccat, in myſteriorum
Fidem iam propoſitorum
Actum ſi non fecerit.

Dico quoque peccaturum
Sacramenta recepturum
Poſt baptiſmum alia:

Ni, ſibi ſat declarata,
Vt à Deo revelata,
Actu credat talia.

At ſi priùs aliquandò
Actu credidit, dic, quandò
Sumit actualiter:

Explicitâ non agere
Fide, nam ſat eſt manere
Primam virtualiter.

Si verò deliberatè
Tanquàm rei revelatæ
His mentem addiceret:

Tunc deberet actualis
Adeſſe, nam virtualis
Fides non ſufficeret.

Revelatis in communi
Qui mentem multis, vel vni
Seriosám adiicit:

Nisi quid reddat distractum,
Peccat, si tunc in hæc actum
Fidei non elicit.

Item, qui tentatione
Premitur, ut ratione
Contra fidem militet:

Oportet, ut dormientem
Suam fidem per præsentem
Actus motum excitet.

Item, cui sufficienter
De fide dictum recenter
Aliquod proponitur:

Vt tunc assentiat ei,
Tanquàm revelatæ rei
A Deo, præcipitur.

Item cùm Doctores multi
Actum fidelis adulti
Casu petant vario:

Dic quod ejus in festorum
Diebus, saltem majorum,
Adest obligatio.

Et cùm, non diſtractâ mente,
Quis de creditis attentè
Cogitat myſteriis:

Se veritatem ad horum
Ferens, ut revelatorum
Divinis eloquiis.

XIX.

Vt actus fidei ſit ſupernaturalis, requiritur ultrà fidem infuſam habitualem duplex auxilium, unum in voluntate, aliud in intellectu.

At ut ſupernaturalis
Virtute motivi talis
Sit actus elicitus:

Auxilii vigor dati
A Deo tùm voluntati,
Tùm menti ſit additus:

Ità quòd, infuſa licèt
Fides elevatâ micet
In mente, quam perficit:

Per ſolam habitualem
Actum ſupernaturalem
Fidelis non efficit.

Et hoc quidem Bibliorum
Poteſt, & Conciliorum
Probari ſententiis:

Nec deſunt, quibus firmetur
Aſſertum, & roboretur
Juſtis congruentiis.

Nam ſicut licèt æquales
Sint ad actus naturales
Vires in agentibus :

Nullum tamen operatur,
Si primæ cauſæ non datur
Concurſus in omnibus ;

Sic licèt ſint elevatæ
Mentes, & dignificatæ
Per cœleſtes habitus :

Ac in primo conſtitutæ
Actu ſint, horum virtute,
Quam ſanctus dat Spiritus ;

Tamen ſi cor non eſt tactum
Ut imperet, & ad actum
Mens caret auxilio,

Nec fides habitualis
Sat eſt ſupernaturalis
Actus exercitio.

Sicut nec vis voluntatis
Per habitum charitatis
Sancta facit opera :

Niſi motus adſit Dei,
Et actualis vim ei
Gratiæ dent munera.

Peccator fidelis potest actum fidei divinæ elicere.

Nec ad actum est ineptus
Fidei, qui vinclo septus
Est culpæ mortiferæ:

Quem, ut impleat mandatum,
Vel ut se disponat gratum
Ad esse, quit edere.

Id est, cùm per culpam quidem
Nec infusam perdat fidem,
Nec desit auxilium:

Actum ex motivo talem
Aget supernaturalem,
Sed non meritorium.

XX.

Quænam sint credenda de necessitate medii, & quænam de necessitate præcepti, quænam explicitè, & quænam implicitè.

CVNCTI dicunt, quædam esse,
Quæ credi manet necesse,
Ut salutis medium;

Sed difficultas est quorum,
Nam non est par credendorum
Necessitas omnium.

Imò sunt hîc discernenda,
In omni lege credenda
Quæ forent à populis:

Nam debet certum concedi
Quædam debuisse credi
In omnibus sæculis.

Et cùm quædam revelatæ
Credi de necessitate
Præcepti res exigant;

Cùm sint, implicitè credi
Quæ volunt, vel actum edi
Explicitum adigant;

Hinc, vt tantos solvam nodos,
Adducam loquendi modos
Viri magni nominis:

Quem hujus ducem tractatus
Sum secutus, & citatus
Est in nota marginis.

Cardin. Brancat. disp. 10. de fide. ar. 1. & seqq. pag. 613. & seqq. Quid credi debuit in lege natura quid explicitè.

Dico primò, quòd adultis
Per naturæ jus excultis
Fuit necessarium

Explicitam possidere
Fidem, ut optatam verè
Ad salutis medium:

Qua Deum, ut Creatorem,
Et ut remuneratorem
Mente firmâ crederent:

Quaque sub Mediatoris
Messiam, & Redemptoris
Titulo prænoscerent.

Quid implicitè.

Sic res cunctæ revelatæ
Credendæ necessitate
Hac erant implicitè:

Sic & res, quæ pro futuro
A Deo revelaturo
Forent illis traditæ.

Quid in lege, scripta. Explicitè, necessitate medii. Necessitate præcepti. Quid implicitè.

Fidem, quâ prima clarebat
Eam lex scripta petebat
Explicitam omnium;

Sed magis distinctam Christi,
Magis explicatum isti
Cùm est hoc misterium.

Ex præcepto tenebantur,
Quæ Decalogo signantur
Explicitè credere;

At de cunctis revelatis
Fidem eis fuit satis
Implicitam edere

Sed synagogæ majores,
Quibus fuerant tenores
Legis magis cogniti,

Fide de multis egebant
Explicitâ, quæ credebant
Implicitè subditi.

In hac verò nostra lege
Credendum de cæli Rege
Est id, quod in cæteris:

Seu credendus est Creator,
Nostrique Remunerator
Iustissimus operis.

Adhuc quoque Redemptoris
Fides, & mediatoris
Explicita petitur:

Sed nec adhuc hæc est satis,
Nam cum fide Trinitatis
Major Christi quæritur.

Ex quo dico, quòd habente
Vsum rationis mente
In adultis positâ;

Medii necessitate
His fides de Trinitate
Esse vult explicita;

Quæ tamen est sic credenda
Ut credentis attendenda
Sit mentis capacitas:

Nam à captu tam remota
Sat est, vt rudibus nota
Sit confusè veritas,

Quid in in lege Evangelica. De necessitate medii est nunc Fides Dei creatoris, & Remuneratoris, Trinitatis, & incarnationis.

Et quo modò.

Et hinc est necessè tantùm
Patrem, Filium & Sanctum
Ut credentes Spiritum:

Tres personas vnum credant
Deum, licèt quæ procedant
Non sit eis est cognitum,

Id est eis est necesse,
Illas tres personas esse
Unum Deum, credere:

Quamvis constitutionem
Harum, & processionem
Nesciant discernere.

Paris est necessitatis
Pro modo capacitatis
Credi Christum Dominum

Dei filium, & natum,
Mortuum, resuscitatum
Propter causam hominum.

Seu Christum Deum tenere,
Et hominem debent verè
Per fidem explicitam:

Quòdque sit Filius Dei,
Quòd homo per carnem, rei
Mundi causâ traditam.

Quòd crucis mortem obivit,
Quòd resuscitatus vivit,
Quòd cælos ascenderit;

Hæc inquam, credát, quin imò
Credat & adultus, primò
Cùm ad fidem venerit.

Postquam ergò declaratæ
Sunt res de necessitate,
Vt appellant, medii:

De necessitate præcepti quænam nunc credẽda.

Quas oportet, vt credamus
Explicitè, ne perdamus
Omnis spem remedii.

Iam vt sistam in incepto,
En credenda de præcepto
Quænam sint explicitè:

Nempè symbolo descripta,
Et Decalogo præscripta
Pro salutis tramite.

Et ex Sacramentis tria
Baptismus, Eucharistia,
Atque Pœnitentia;

Quæ non obest, quòd ignores,
Si moralis, qua labores,
Detur impotentia.

Ratio cur fides de Baptismo & pœnitentiæ sit tantùm de necessitate præcepti, quamvis eorum susceptio in re vel in voto sit de necessitate medii.

Nam quamvis sit infideli
Baptisma, lapso fideli
Sit iussa confessio :

Ita quòd horum virtute
Sit opus, vt, pro salute
Consequendâ, medio :

Sine fide tamen horum
Intrare regnum cælorum
Non est impossibile :

Cùm hæc non vt quid credendũ
Proponi, sed vt agendum
Quoddam, sit possibile.

Et sic in hoc casu quidem
Sat esset habere fidem
Eorum implicitam :

Ergò fidem absolutè,
Ut medium pro salute,
Non petunt explicitam.

Fides implicita quorum sufficiat.

Dic & fidem aliorum
Implicitam credendorum
Adultis sufficere ;

Dum sint mentibus paratis,
His sibi sat declaratis,
Explicitam addere.

Tandem non ad fidem parem
Æquè cunctos obligarem
Viatores sæculi:

Explicitè doctiores
Plura debent & pastores
Credere, quam populi.

X X I.

De obligatione actus externi, seu confessionis fidei.

His quoad actum internum
Fidei dictis, externum
Ut jam tangam properè:

Dico fidelem teneri
Suam fidem confiteri
Tùm verbo, tùm opere.

Ità quòd vel nihil dicat,
Vel agat, quo contradicat
Veritati creditæ;

Attamen silens manere,
Aut à factis abstinere
Sæpè potest licitè:

Modò simulationem
Ut quamdam negationem
Non contingat accipi;

Nam tunc, ne fidem loquatur
Aut ne factis exequatur,
Nihil potest excipi.

Cùm textus dicat expressùs,
Quòd qui fuerit confessus
Christum coram homine;

Matth. c. 10.

Hunc suo coràm Parente
Confitebitur splendente
Is palàm in lumine.

XXII.

De proponente objecta fidei.

At cùm jam sit stabilitum
Quòd credi quid inauditum
Nequit actualiter:

Et sic quidquid est credendum
Est credenti proponendum
Priùs regulariter.

Cùm Deus per se non multis
Revelaverit adultis,
Quæ debeant credere:

Restat, ut hìc inquiramus,
Quis sit, à quo debeamus
Proposita sumere.

Certè constat baptizatos
Per parentes, ac Curatos
Et patrinos instrui:

Nempè, quando rationis
Et justæ discretionis
Tempus habent usui.

Tamen, cùm isti fallaces
Esse possint, & mendaces
In se singulariter:

Et cùm res quæ sunt credendæ
Firma fide, proponendæ
Sint infallibiliter;

Dico tales æstimari
Cùm eos censemus fari
Ut fatur Ecclesia:

Quam columnam veritatis
Vocat plenam firmitatis
Pauli sapientia.

1. ad Tim. 3.

XXIII.

At hîc credibilitatis
Extrinseca plura satis
Motiva dum assero:

Motiva credibilitatis extrinseca.

Ea, licèt non in toto,
In parte tamen cum Scoto
Mox breviter refero.

Primum est in his motivum
Ad fidem dispositivum
Prophetarum vocibus:

Prænunciatio prophetica.

Quæ nobis, ut magis eis
Hinc fidamus, à Iudæis.
Sunt transmissæ fontibus.

Nam cùm solus sit futuri
Prævidendi capax, puri
Deus ob vim luminis :

Per eventus subsecutos
Patet prophetas locutos,
Ex impulsu Numinis.

Concordia, & sanctitas scripturarum divinarum, & vecordia ac falsitas aliarum sectarum.

Vide, quàm Sacræ Scripturæ
Sint concordes, & sint puræ
In suis dogmatibus ;

Quam suis errent pagani,
Hebræi, Mahometani,
Hæretici sensibus.

Hebræos dico modernos,
Quos iugo scimus externos
Legis Evangelicæ ;

Hos, inquam, dico vecordes,
Errore plenos, discordes
Veritati cælicæ.

Sanctitas & doctrina Antecessorum nostrorũ.

Hinc mente revolvè tantos
Viros graves ; doctos sanctos
Fide plenos simili :

A quorum semitis puto
Aliò diverti tutò
Nefas mihi fragili.

Adde quoque, quòd doctrina,
Nequit non esse divina,
Sanctis plena legibus:

Puritas legum, & mandatorum.

Quibus bonum suadetur,
Et viator removetur
A perversis gressibus.

Vide, quæ fuerint curæ
Colligentium scripturæ
Dispersa volumina:

Cura ecclesiæ & Doctorũ in discernendis ac colligendis libris sacris.

Quàm diligens & sincera
Fuit sponsa Christi, vera
Ne lateret pagina.

Vide, quantâ firmitate
In hac mundi tempestate
Petri navis steterit:

Firmitas Ecclesiæ Romanæ.

Quam nec moverit eruorum
Procella, quam nec errorum
Caligo fefellerit.

Vide tandem, quæ portenta
Monstrarunt, quòd hæc inventa
Sunt Dei, non hominum:

Miracula.

Et miraculorum luce
Fit in tenebrosa cruce
Magnus splendor luminum.

XXIV.

De Spe. ALTERA Theologalis
Virtus, à fide, qua talis,
Spes distincta penitùs.

Est distincta à Fide, & est in voluntate. Dei liberalitate
In humanâ voluntate
Est infusus habitus.

Eius definitio. Est autem spes cupientis
Et ad Deum sitientis
Cordis expectatio:

Quòd sua, Deo juvante,
Et se bonum operante,
Erit cæli statio.

XXV.

Actus spei obligatio, quando. AT huius spei perfectæ
Homo tenetur directè
Tunc actum elicere:

Cùm de fide sat instructus
Debet ad cælestes fructus
Animum convertere.

Id est, postquàm ratione
Pollet, & instructione
Fidem callet debitâ:

Vt spem promat, est necesse,
Cùm edoctus est & esse
Speranda, quæ credita.

Item &c. in vitæ fine
Tenetur ſpei divinæ
Actu ſe præcingere :

Paratus profectioni
Vt ſit, & tentationi
Vt poſſit reſiſtere.

Item; cùm per viæ ſtatus
Diſcurrens homo tentatus
Eſt circà ſpem graviter.

Aliàs autem dic rectè
Ad ſpem ſaltem indirectè
Strictum virtualiter :

Nempè quandò de peccatis
Ad divinæ majeſtatis
Converti vult veniam;

Sivè cùm homo ſuorum
Habere cupit errorum
Veram pœnitentiam.

Imò vix aut rarò datur,
Quòd de culpâ doleatur
Vnquam actualiter :

Quin & actus ſpei talis
Adſit, nedum virtualis,
Sed quoque formaliter.

XXVI.

Necessitas ejus.

Ast huius actus virtutis
Necessarius salutis
Est ità pro medio:
Vt qui nunquam hunc haberet,
Nunquam beato gauderet
Cœlitûm consortio.

Nam adultus non salvatur,
Quin ad Deum convertatur
Vt ad finem ultimum:

Quin & supernaturalem
Credat dandis liberalem
In præmiis optimum.

Sed implicat, intellectum
Hoc voluntati tam rectum
Dictamen proponere,

Et eam velle, per lumen
Hoc directam, mox ad Numen
Vt in finem tendere;

Quin & statim excitetur
Spes ejus, quòd & sequetur
Hæc datio præmii:

Quæ proponitur speranda,
Et bonis factis vi danda
Cælestis Auxilii,

Hinc ſpe ſalvos Paulus ſcribit,
Cui Tridentini ſubſcribit.
Ita docens ſeſſio:

Ad Rom. 8.

Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap 6. & & 7. & can. 5.

Trinam diſpoſitionem
Fidem, ſpem, dilectionem
Vult iuſtificatio.

XXVII.

De charitate.

Voce Paulus non confuſâ
Clamat, quòd noſtris diffuſa
Cordibus eſt charitas,

Datur charitas infuſa.

Per Spiritum Sanctum data,
Quem Pater, & Patre nata
Nobis dedit Veritas.

Et quidem decet infundi
Hanc à Creatore mundi
In humana pectora:

Ut voluntatis conatum
Ad objectum increatum
Aptent ejus robora.

Eodem charitatis habitu Deum, nos & proximũ reſpicimus.

Per unam Deum ob eum
Amamus, & propter Deum
Proximum diligimus;

Per eandem inimicos
Amamus, & hinc antiquos
Meritis excedimus:

Nosque charitate pura
Amamus, quæ sit mensura
Amoris in proximum:

Nec est idcircò diversa
Charitas; quia conversa
Est semper ad Dominum.

Nam cùm nos, hostem, affinem
Amamus, supremum finem
Nostris damus ignibus:

Et privati sic affectus
Pravos tollimus deffectus
A nostris amoribus.

XXVIII.

SACRI cùm aurum Amoris
Suprà spem omnis valoris
Dicatur eximium:

Qui Numen odit supremum,
Plus peccat, quàm qui postremũ
Non speraret præmium.

Primus aversus à Deo
Per se longè fit ab eo
Ut finali termino;

Secundus verò virtutem
Concupiscendi salutem
Suo tollit animo.

XXIX.

Apud multos resolutum
Legi, quòd forma virtutum
Charitas sit intima:

Quódque fides sit informis,
Et omnis virtus deformis,
Hæc si desit anima.

Hoc autem sic dictum volo,
Quòd, eâ sublatâ, polo
Ius nulli sit debitum:

Et concludo charitatem
Virtutibus entitatem
Non dare, sed meritum.

Charitas est forma virtutum, & quomodò.

XXX.

AMORIS autem præceptum
Non solùm est, vt affectum
Exuamus odio:

Sed Deus actum amoris
Cordis, & non tantùm oris
Hoc jubet imperio.

Præceptum charitatis est positivũ. Ad actũ internum obligat.

Magnum quoque charitatis
Signum est, Dei mandatis,
Parere suavibus:

Et propter ipsum, bonorum
Non indigentem nostrorum,
Hæc dare pauperibus.

Factis panditur.

Actus charitatis in Deum obligatio quandò detur.

Quòd, si quæras tempestatem,
Qua tenemur charitatem
Ergà Deum promere:

Seu, quandò liget mandatum,
Quo jubemur increatum
Ens actu diligere;

Certè cùm hoc non sit clarum
In textibus scripturarum,
Nec dictis Ecclesiæ.

In varios abjere
Doctores sensus, sed veræ
En mihi sententiæ.

Dic ergò, quòd cùm capaces
Rationis mentes faces
Fidei percipiunt:

Hujus præcepti vigorem
Frangunt, in Deum amorem
Si tunc non eliciunt.

Item, & in vitæ fine
Dilectionis divinæ
Ad actum adstringimur:

Et cum multis dico quoque,
Quòd & in vita quandoquè
Amare præcipimur.

Nec enim tantum mandatum:
Affirmatiuum privatum
Eſt ligandi robore.

Saltem, principaliorum
Quo dies agit feſtorum
Eccleſia, tempore

Quin & fortè, cùm vacare
Et diem ſanctificare
Iubemur Dominicam:

Ad Dei dilectionem
Actualem iuſſionem
Ligamur per cœlicam.

Ligat &, vt patet ſatis,
Per accidens Charitatis
Præceptum cor hominis:

Quandò, nempè, tempus datur,
Quo quis graviter tentatur
Ad odium Numinis.

Item, cùm dilectionis
Actus in contritionis
Involuatur munere:

Ad illam obſtrictos eſſe
Nos dicas, cùm eſt neceſſe
Actum hujus edere.

CVRSVS THEOLOGICI

PARS QVARTA.

DE SACRAMENTIS in Genere.

TRACTATVS X.

I.

Sacramenti Definitio.

SACRAMENTVM hîc appensũ
Est signũ cadens sub sensum
Gratiæ inuisibilis :

Quæ dum manu Dei datur,
Ad salutem ordinatur
Viatoris hominis.

II.

In omni lege fuerunt Sacramẽta.

PRO cujusque statu legis
Pastor pro medela gregis
Sacramenta protulit :

Nova legis sunt perfectiora.

Sed in hac perfectiore
Nostris pro bono majore
Robur majus contulit.

III.

HORVM auctor Christ⁹ IESUS,
Quibus, ut in cruce læsus,
Omne præbet meritum:

Septeno ritu contenta
Ad effectum Sacramenta
Destinans gratuitum.

Super his docent scriptura,
Fideique lumen plura,
Quàm infirma ratio:

Facit tamen hîc asserta
Aliqualiter comperta
Mentis speculatio.

Carne constans, atque mente
Homo, primíque demente
Casu lapsus hominis:

Debebat posse sanari,
Signóque quodam vocari
Ad amorem Numinis.

At signum decebat tale,
Per quod plasma corporale
Excitaret animum:

Qui per hujus vitæ status
Sensui mansus ligatus,
Ad suum it terminum.

Christus est nostrorum institutor & eorum effectus causa meritoria.

Sunt septem probantur singulatim hæ conclusiones rationibus congruẽtia.

Cur Sacramenta in signis sensibilibus fuerint instituta.

Cur in omni lege fuerint Sacraměta.

Cùm autem à Regum Rege
In omni per culpam lege
Aliquam recesserit:

Medelâ pro sanitate,
Signóque pro sanctitate,
Dic, quòd indiguerit.

Cur nostra sint perfectiora.

In hac autem lege Christi,
In qua rigores commixti
Legum non sunt veterum:

In qua complentur figuræ,
Et est ab inferni jure
Genus nostrum liberum;

Decet, vt Messiæ sanguis,
Per quem est occisus anguis,
Nos emundet amplius:

Et ab antiquis promissum
Signis novis signet missum
Donum abudantius.

Ex Christi Passione est Sacramentorũ efficacia.

At vndè vis sacramentis
Tanta, quàm ex innocentis
Agni fuso sanguine?

De mari dantur tam sacro
Aquæ pro nostro lavacro
In septeno flumine,

Nostra quoque sacramenta
Ui majora, sunt inventa
Et plura veteribus;

Septenē Sacramenti congruētia ostenditur ex analogia ad vitam corporalem.

Nec desunt analogiæ
Pluralitatis tam piæ
In his temporalibus.

Ut te vitæ corporali
Dat ortus, spirituali
Per Baptismum gigneris:

Cōgruentia Baptismi. & Eucharistiæ.

Ut cibo nutritur caro,
Sic intùs altaris raro
Pane vescens aleris.

Ut corpus habet augmentum,
Sic in fide complementum
Dat Chrismatis vnctio.

Confirmationis.

Ut à morbis medicina,
Sic à peccati ruina
Sanat absolutio.

Pœnitentiæ.

Ut in vita corporali
Quidquid prisci restat mali
Bona pellit sanitas:

Extremæ-vnctionis.

Extremâ sic vnctione
Menti datur in agone
Sanitatis firmitas.

Alia eiusdem.

Vel dic, quòd in cursus fine,
Ut manus amor divinæ
Te ducat ad exitum:

Per vnctionis levamen
Tuum munit ad certamen,
Et ad palmam spiritum.

Hæc quinque sunt pro omnibus & singulis.

Hæc quinque pro singulari
Quoquo viatore dari
Dum admirans prædico:

Duo alia pro communitate, & non pro singulis.

Sunt communitati bina
Manu concessa divinâ,
Quæ paucis sic explico.

Sicut temporalem regi
Cœtum decet, sic & gregi
Conuenit fidelium;

Cōgruētia Ordinis.

Quapropter hîc Ordo datur,
Commune quo destinatur,
Quis ad ministerium.

Et Matrimonii.

Tandem cùm in Christi domo
Carne fit mortalis homo,
Et desit in singulis:

Binus debet jungi sexus
Ad prolem, deusque nexus
Hos emundat maculis,

Cùm

IV.

Cùm non solùm cor fidele
In Sacramentis medelæ
Robur cernat maximum:

Sed ad augumentum virtutis
Ad pignus sacrum salutis
Modum sciat optimum;

Hinc concludo, quòd durante
Statu primo, nec peccante
Nostri patre germinis:

Illa dari potuissent,
Nec statum dedecuissent
Morbo sanum criminis.

In statu innocentiæ potuerunt esse Sacramenta.

V.

Vt Sacramenti natura
Clara patescat, & pura,
Sic duplex distinguitur:

Vna pro fundamentali
Et pro substrato reali,
Quòd à nobis agitur;

Et hoc est, quod sacramentum
Rebus, verbisque contentum
Appellat ecclesia:

In quo fideles docentur,
Quòd verba pro forma dentur,
Et res pro materia.

In Sacramentis duo reperiuntur: Substratum, seu materiale, & fundamentale: quod etiam dicitur Sacramentum; perficitur rebus &

vocibus, seu forma & materia. Et reperitur formale Sacramenti quod consistit in relatione signi seu substrati significatis ad signum seu gratiam significatam. In Sacramento Eucharistia, ut permanet post consecrationem, datur res, seu materia sine verbis. In matrimonio

VI.

Ast illud purum formale,
Quo compostum hoc est tale
Vt sit signum gratiæ,
In hoc respectu designo,
Quem ad signatum à signo
Vera cerno facie.

VII.

Aræ tamen Sacramento,
In quo quidem fit momento
Res & voces tradimus:
Sed dum durat, cùm finitæ
Sunt voces manens hac ritè
Sine forma dicimus.

Iuxta quod species solæ
Gaudent nostræ sensu scholæ
Sacramenti titulis:
Quibus pro formali pono,
Esse de latente dono
Signum patens oculis.

VIII.

Sic dum nuptiis consensum
Ambo vel vnus ad sensum
Dat patenter nutibus:
Tunc illi nutus pro forma
Hac in Sacramenti norma
Aquivalent vocibus.

IX.

Sane tutò, satque verè
In Sacramentis fatere,
Quòd sit vis eximia:

Qua gratiam operantur
Modo tali, quo causantur
A meritis præmia.

Ità quòd sint signa certa,
Per quæ nobis est aperta
Dei liberalitas;

Quæ vult vti Sacramentis,
Tanquam quibus instrumentis,
Opes dat gratuitas.

nutus de consensu æquivalet vocibus. Sacramenta sunt signa practica gratiæ.

Et instrumenta.

X.

Male tamen dices actu
Physico, simul cum tactu
Hæc effectum parere,

Nam quid potest res creata,
Sensum tangens, limitata
In creandi genere?

At quis nescit Creatoris
Opus, summique vigoris
Istas esse gratias?

Ergò scholæ princeps ales
Illis rectè dat morales
Scotus efficacias.

Non tamen physica.

Sed moralia.

XI.

Sacramenta legis veteris non erant talia.

At nec rectè legis priscæ
Sacramentis quantam hisce
Virtutem tribueres:
Ex actu nam operato
Effectu ritus signato
Non replebant veteres,
Sed legalem dabant, isti,
Et significabant Christi
Venturi justitiam:

Circumcisio conferebat gratiam. Item & sacramentum tollens peccatum originale ante circumcisionem.

Solâ Circumcisione
In primæ deletione
Culpæ dante gratiam:
Vt in lege naturali
Ejusdem medela mali,
Qualis illa fuerit,
Menti ferebat decorem:
Sed dic: quod quæque minorem
Quàm Baptismus, tulerit.

Non tantam conferebant ac Baptismus.

XII.

Præter gratiam habitualem sanctificantem sin tula Sa ãgament

Nostris ergò Sacramentis
In sinu tenemus mentis
Sanctitatis habitum:
At ex dictis, dum probarem
Septem dari, patet parem
Non his fructum traditum.

Nam juxta finem quo datur,
Horum quodque comitatur
Doni quædam ſpecies :

Per quòd inter ſe diverſa
Cor cernunt, cui ſunt diſperſa,
Per diſtinctas facies.

Seu, ut rem probè declarem,
Gratiam peculiarem
Ferunt cordi ſingula :

Quæ præter habituale
Donum, fert ad ſpeciale
Munus adminicula.

conferunt gratias diverſas Sacramentales iuxta diverſos fines ad quos ipſa ordinantur.

XIII.

DVM ſolvit originale
Malum, primum ſpiritale
Donum dat Ablutio :

Dum poſt caſum mortis reis
Parcit, gratiam dat eis
Primam Abſolutio.

Baptiſmus per ſe dat primam gratiam. Item & pœnitentia.

Vnde dici mortuorum
Iſta ſolent : & vivorum
Appellantur alia ;

Quia per hæc roboratur
Donum primum, & ornatur
Cor ſecundâ gratiâ.

Alia verò perſedant ſecundam.

XIV.

Baptismus & pœnitentia aliquandò conferunt secundã gratiam.

Verùm sicut dulces vndæ
Baptismi donum secundæ
Dant interdùm gratiæ:

Si jam per contritionem
Adultus remissionem
Sumpsit injustitiæ;

Et sicut sæpè vir bonus
Aut contritus, sacro pronus
Sacerdoti sistitur:

Sic alia possunt conferre primam ei, qui attritus ea sumit bona fide putans se non esse in statu peccati mortalis. Hoc eis per accidens competit, & non per se.

Nec tunc prima, sed secundâ
In ejus animâ mundâ
Gratia diffunditur;

Sic per culpam irretito
Mortalem, prosunt attrito
Sacramenta cætera;

Seu primæ, si justum quidem
Se putet, ob bonam fidem,
Dant gratiæ munera.

Cùm tamen justificandi
Robur in his, & mundandi
Non sit per se residens:

Dic, quòd quãdo sic mũdabũt,
Extrà suos se portabunt
Limites per accidens.

XV.

Qvi promittit aquam mundã,
Ut gentem lavet immundàm,
Et ſolvat à maculis:

Qui vitam ſpondet æternam,
Ei, qui famem internam
Sacris explet epulis:

Qui præsbyteris ligandi
Dat robur, aut liberandi
A quocumque ſcelere:

Dedit ad noſtram ſalutem
Sacramentis his virtutem
Operato ex opere.

Omnia Sacramenta conferunt gratiam ex opere operato, ut colligitur ex textibus ſcripturæ hîc tactis.

XVI.

Sed pergens ad hæc ſumẽda,
Vide, ne per tua menda
Illis ponas obicem:

Si Deo non gratus vivis,
Quinque datorum pro vivis,
Nolo te participem.

Videlicet, non ponentibus obicẽ.

XVII.

Si ſis adultus, lavacrum,
Ut ſis atritus, vult ſacrum,
Optat & confeſſio:

Nam illis culpa non cedit,
Ubi quædam non præcedit
Erroris averſio.

XVIII.

Ut verè sit Sacramentum,
Ministri jungas intentum
Verbis, & materiæ:
Et ut dignè conferatur,
Minister à quo causatur,
Sit in statu gratiæ.

XIX.

Hanc autem intentionem
Quamvis ipsam actionem
Stipare sit meliùs:
Dico tamen, virtuali
Contentus, habituali
Nihil inutilius.

XX.

Sacramenti complementis
Non obest, suscipientis
Quòd desit intentio:
At eius vetat effectum,
Si diverso cor affectum
Obstet desiderio.
Et certè scimus infantem
Nuper natum per lavantem
Emundari fluvium:
Et quamvis intentione
Careat, ablutione
Reddi Dei filium.

Intentio ministri. Actualis est melior virtutis sufficit. Habitualis non sufficit. Intentio suscipientis non requiritur ad integritatem Sacramenti. Invitus nemo recipit ejus effectum. Recipit eius effe-

XXI.

Verùm, qui jam est adultus,
Mentis compos, & non stultus,
Omni saltem tempore:

Si non consensit lavari,
Et lavetur, dic frustrari
Tunc baptismum robore.

Et hinc erit magis certum,
Quod jam dixi, quòd apertum
Qui dissensum habuit:

Nil per Sacramenti ritum
Sumit, nam Deus invitum
Ditare non voluit.

XXII.

Minister, quāquam sit malus,
Non vetat tamen, quin salus
Sacramentis hæreat:

Cùm primus influxus doni,
Ut à fonte cuncti boni,
A Christo dependeat.

XXIII.

Ab eo tamen, qui palam
Mentem scitur ferre malam
Id est plenam sceleris,

Hæc non petas, nisi ratus
Quod valdè necessitatus
Pro salute fueris.

fectum. puer in baptismate incapax censensus Adultus, nisi fuerit semper amēs, non recipit, si non consentit. Minister malus non obest efficaciæ Sacramētorum. Non licet ea petere nisi in magna necessitate, à ministro, qui scitur esse in peccato mortali. Nulli

XXIV.

Ministro potest tolli valida administratio eorum. Excepto sacerdote, ad confessiones audiendas.

VERÙM Minister nullorum
Potest pœnâ delictorum
His privari viribus:
Quin, licèt contra præceptum,
Impleat munus perceptum
Validis sub ritibus.

Hinc deme jus absolvendi,
Cujus potest exercendi
Vis dari vel eripi:
Et vim jurisdictionis
Super ordinationis
Vim oportet accipi.

Tria imprimunt Characterem, Baptismus, Confirmatio, & Ordo. Et sunt initerabilia. Probatur ex Analogia ad es politicas & humanas.

XXV.

CHARACTERIS signa fortis
Indelenda, quæ nec mortis
In transitu transeunt,
Tria ferunt, nempe, chrisma,
Ordo simul, & Baptisma,
Quæ bis dari nequeunt.

Cùr autem non iterentur,
Cùr charactere signentur,
Sic paucis eliciam;
Ministrum Regis creatum
Aut militem, vel vocatum
In ejus familiam;

Signo gradus ostensivo,
Et perenni distinctivo
Decorari convenit:

Sic renatis per baptisma,
Sic ordinatis, & chrisma
Habentibus evenit;

Qui semper in hoc honore
Manent, quamvis ab auctore,
Aut fide defecerint:

Nec nasci, nec ordinari
Rursùs, nec bello signari
Debent, cùm peccaverint.

At cur post culpam deleri
Non contingat characteri;
Reddo causam subito:

Quòd huic culpa non repugnet,
Nec ad expellendum pugnet
Formâ, vel demerito.

XXVI.

A n sistat in absoluto
Vel respectu, magis puto
Secundum probabile:

Quòd vt defendas, memento,
Vt ei pro fundamento
Quid assignes stabile;

Peccatũ non repugnat charactéri nec, physicè nec demerito, & ideò stat cum illo. Characters consistit in relatione extrinsecùs advenente fundata in anima prout affecta actu Sacramẽti collati.

Non ergò sacramentalis
Actus dici potest talis,
Cui fluens est entitas:

Sed post hunc actum perfectum
Fundat ipsamet respectum
Animæ realitas;

Subjectatur in voluntate.

Quem cùm ex suæ natura
Nuda non fundet, & pura,
Non erit intrinsecus:

Sed ad illum datur motus,
Atque talis est, qui totus
Aduenit extrinsecùs.

XXVII.

Si quæras, vbi locetur?
Voluntatis, respondetur,
Quòd tenet hospitia:

Quia character se ponit,
Vbi stat, ad quam disponit,
Sacramenti gratia.

Baptismus reviviscit recedente fictione. Item probabiliter Ordo &

Nam vbi forma moratur,
Ibi rectè collocatur
Ejus dispositio:

Et in eâ, cujus actu
Eo, quem signat, contractu
Christo fit promissio.

XXVIII.

Quod revivifcendi munus
Baptifmus exercet vnus
Fixum fignat placitum:
At, quæ negant iterari,
In ficto vivificari
Puto problematicum;
Nam eadem ratione
Defìnente fictione
Debent reviviſcere:

Quòd ſemel fictus juuari
Horum, quæ bis nolunt dari,
Nunquam poſſet munere.

XXIX.

Qvisqve tandem recordetur,
Quòd ſemel vndis tenetur
Sacri fontis ablui:

Quòd eget confeſſione;
Mortalis quem læſione
Culpæ conſtat pollui.

Hæc ambo neceſſitatem
Ad cœli fœlicitatem
Ut jam dicta continent:

Qua privandi ſunt in toto,
Qui vel in re, vel in voto
Causâ quavis abſtinent.

Confirmatio, cùm ſint etiam initerabilia.

Baptiſma eſt de neceſſitate medii omni homini.

Pœnitentia adulto poſt baptiſmum in mortale lapſo.

Vtrumque in re, ſcilicet, vel in voto.

Confirmatio, Euchariſtia, & Extrema Vnctio ſunt de

At Chrisma, Cibus Altaris,
Et extrema Salutaris,
Vnctionis robora:

necessitate præcepti.

Sub pœna culpæ sumantur,
Opportuna quando dantur
Et præscripta tempora.

XXX.

Ordo & matrimoni sūt necessar'a communitati, & non singulis.

PRO duobus, quæ sequuntur,
Sumendis non adstringuntur
Viatores singuli:

Spectant ad bonum cōmune,
Horumque ligandos fune
Dei vident oculi.

TRACTATVS XI.

De Sacramentis in specie.

I.

De Baptismo.

LIMEN apertum salutis
Culpæ lavacrum, virtutis
Fons est in baptismate;

Quod ab Incarnati Dei
Postremum caput Matthæi
Vero sumpsit dogmate.

Ut fiat lotio talis,
Aqua fluens naturalis
Adſit pro materia;

Baptiſmi materia, & forma.

Sint & forma voces meræ
Quas luce fidei veræ
Nos docet Eccleſia.

Et ſic trium divinarum
In Nomine Perſonarum
Tanta fiat actio:

Nō debēt Alterari, nec mutari.

Ut quælibet exprimatur
Diſtinctè, ſacro notatur
Ut in Evangelio.

Nec quis ſuper his præſumat,
Ut mutet, addat, vel ſumat,
Quàm quæ dixit Dominus;

Baptiſmi neceſſitas.

Nàm opus vanum aut nutās
Relinquit ſæpè, quid mutans
Aut quid addens terminus.

II.

Q v i non eſt aquâ lavatus
Et ſancto Flatu renatus
Mala feret omina;

Baptiſmus Flaminis, quis, & qualiter proſit.

Nam talem claro ſermone
A cœleſti viſione
Arcet ſacra pagina.

Et sanguinis.

Verùm, qui baptiſmi votum
Implere nequiret, lotum
Aſſerimus Flamine:

Modo, nempè, de mortali,
Si proprio ſubſit tali,
Sit contritus crimine.

Baptiſmus aquæ in re vel in voto eſt de neceſſitate medii.

Si quis non lotus ad mortem
It pro Chriſto, bonam ſortem
In cruore reperit:

Et pro Deo ſic mactatus
In ſanguine baptizatus
Sibi cœlum aperit.

Nemo poteſt ſe ipſum baptizare.

Aquæ baptiſmus in voto
Sit ſemper, & corde toto
Tergi velit fluvio:

Nam non ſolùm vi mandati,
Sed ad hunc ſumus ligati
Pro ſalutis medio.

III.

Nec plures unũ: & ex pluribus aquam infundentibus & verba

De ſe nemo poteſt naſci,
Ità nec mente renaſci
Quis ſe ſolo poterit:

Et opus exiſtet vanum,
Quando quis per ſuam manum
Se ſe baptizaverit.

IV.

PLVRES eundem lavabunt,
Sed non omnes baptizabunt,
Nam vnus ſufficiet;

Si tamen ipſe liquorem
Effundet, atque tenorem
Verborum efficiet.

Hunc autem determinare,
Quem contingat baptizare
Ex tot operantibus:

Hæc ſola debet majeſtas,
Vnde deſumpta poteſtas
Eſt in miniſtrantibus.

Quòd ſi quis effundat vndam
Alter verba, tunc immundam
Non lavabunt animam:

Ab vno nam eſſe poſcit
Opus, nec cauſam agnoſcit
Partialem geminam;

Ergò ſimul ad valorem
Verba mittat & liquorem
Vnus vno tempore:

Quem ſi non ſpectat hic actus,
Nec quid vrget, erit factus
In culpâ cum robore.

proferentibus, unus baptizat. Si unus aquam infundat, alter verba proferat, neuter baptizat. Ab eodem debent ſimul Aqua & verba emitti.

Peccat baptizans ſine facultate, eſt tamen validus baptiſmus. Peccat omittens ceremonias ſine neceſſitate gravi.

Iste quoque sit peritus,
Quòd sacros omittens ritus
Magno peccat crimine :

Baptismi gratia reviviscit recedente fictione, & cur.

Si non ad tempus transmitti
Debere, vel tunc omitti
Justo cernat lumine.

V.

Qualiter intelligatur hæc fictio esse.

Cùm error originalis
Abstergi poscat vitalis
Baptismi profluuiis :

Et cùm hic non iteretur,
Et ad rem tam grauem detur,
His affirmo mediis ;

Et qualiter recedere.

Qui culpis adhæsione
Et indispositione
Fictus est, dum tingitur :

Velit tamen baptizari,
Charactere tunc signari,
Non mundari, dicitur.

At benè sanctificatur,
Cùm de culpis attristatur,
Et recedit fictio :

Et confesso fictionem
Adest per attritionem
Priscorum deletio ;

Quam quidem vis Sacramenti
Reviviſcens tunc dat menti
Attritæ de maculis:

Quas lavacrum præcedentes
Non attingunt Abſolventes
Sacri verbi formulis.

V I.

Si bis lavas, aut lavaris
Sciens, ſis irregularis
Ex ſacris canonibus:

Peccat, qui bis confirmatur,
Aut confirmat, nec mulctatur
Vllis ità iuribus.

V I I.

Dum renatus confirmaris
Dei miles deputaris,
Et hoc per Pontificem:

Quem iſtius Sacramenti,
Textus in iure contenti,
Appellant opificem.

Res hujus eſt Chriſma dictum
A prælato benedictum,
Quo noſtra frons ungitur:

Forma ſunt verba prolata,
Per quæ ſimul vis eſt data
Qua fides adſtruitur.

Baptiſmũ ſcienter iterans, & bis recipiens peccant, & fiunt irregularis.

Peccant, ſed non fiunt irregulares iterans, & bis recipiens confirmationem.

De Confirmatione: Epiſcopus eſt miniſter confirmationis.

Materia confirmationis.

Et forma.

Et effectus.

Et necessitas. Hoc si volens non curabis
Insigniri, tunc pecccabis
Culpâ negligentiæ:

Ast aliundè relinqui
Si contingat, non delinqui
Est rectæ sententiæ.

Si tamen coram paganis
Dogma sacrum à prophanis
Deberes defendere:

Tunc ad fidem roborandam
Tuam hoc mentem armandam
Est necesse dicere.

VIII.

De Sanctissimo Eucharistia Sacramẽto. Sacramentum adest magnum
In se Dei tenens Agnum
Ad cibandum hominem:

Quid sit Eucharistia. Id est, sub specie panis
Et vini dans Christianis
Corpus Christi & sanguinem.

Christus non potest mentiri:
Ergò debes assentiri
Illius sermonibus;

Quod sub panis velamento
Sùbque vini tegumento
Sè dedit hominibus.

At ibi multa notanda
Cùm occurrant, quæ tractanda
Mentem petunt seriam:

Ordo tractandi hic de ea.

Modum, quo fit explicabo,
Quale perduret narrabo,
Mox missam aperiam.

IX.

PRIMÙM eget sacerdote,
Quem Deus cœlesti dote
Ad hoc opus induat:

Consecrationis. Materia

Mox, vt fiat Sacramentum,
Panem ministret frumentum,
Vinum vna tribuat.

Remota.

Proxima.

His, vt consecrationem
Passuris, da rationem
Remotæ materies:

Forma.

Et provt in speciebus
Signis mansura non rebus
Propinquam reperies.

Verbi sacri brevis norma
Tanquam consecrandi forma
Super his mox aderit:

His non constat Sacramẽtum sed fit, quia illis trãseuntibus permanet.

Quæ simul, non Sacramentum,
Sed quoddam ad hoc intentum
Rectè quis putaverit;

Materiale seu substratũ Sacramẽti in esse, sunt species: Formale est significatio corporis Christi sub eis latentis:

Nam cùm id durans teneri
Post fluxum panis & meri
Postque verba debeat:

Rem & formam vult habere,
Quibus possit permanere,
Nè citò pertranseat.

Ergò speciebus illis
Nostris dum signant pupillis
Effectum gratuitum:

Dumque christum in obliquo
In recto se dicunt, dico
Signi nomen debitum.

Et gratia in cõmunione accepta.

Illæ namque sic pensatæ,
Sensum tangunt, & sunt datæ
Videndæ fidelibus:

Vt rem sensus non tangentem,
Id est, Pastorem latentem
Sgnificent ovibus.

Hinc patet undè Sacramentum hoc sit aliis dignius & nobilius.

Sunt quoque communicanti
Iis actu se cibanti
signum certum gratiæ,

Quæ per cibum hunc cælestẽ,
Cui suam commodant vestem,
Menti datur satiæ.

Et in hac acceptione
Sat patet, qua ratione
Affirmet Ecclesia:

Quòd in Sacramento cænæ,
Magis quàm reliquis, plenè
Asservetur gratia;

Cùm in illis inhærentem,
Et in isto subsistentem
Homo simul habeat:

Cùm illa doni liquorem
Istud donum & Authorem
Doni secum teneat.

XI.

Quià carnis alimentum
Cùm potu sacro contentum
Est uno convivio:

Divisa per entitatem
Vni ad integritatem
Sacramenti ratio.

Est unum Sacramentum sub speciebus panis & vini, unitate integritatis unius Spiritualis convivii per modum cibi, & potus.

Id est, licèt quasi bina
Hîc sacramenta diuina
sint materialiter:

Tamen pro refectione
Unâ mentis, vnione
Sunt vnum totaliter.

Qui corpus solum recipit, tantum, gratia participat ac si sub utraque specie communicaret.

Seu vnum sunt pro formali,
Cibo & potu spiritali
Hominem ditantia:

Et vt vnum nostræ mentis
Sunt Dei manu clementis,
Non duo convivia.

Cur tamen hoc non obstante
Gratiæ thesaurus tantæ
Solo detur corpore,

Quantum simul est valoris
In carnis & in cruoris
Pretioso pignore.

Hinc est, vt infra dicemus,
Quòd Christum totum tenemus
Sub vtraque specie:

Et sat facit Christi fini
Sumens & sub velo vini
Sacerdos Ecclesiæ.

Ly, hoc in consecratione significat singulare supremi generis, & indeterminatum quoad speciem.

XII.

Cvm dicis post Christũ Deum,
Hoc est enim corpus meum;
En, quid per hoc dixeris:

Nec panẽ, nec Corpus Christi,
Sed singulare dixisti
Quoddam summi generis;

Hocque

Hocque singulare certum
Ut ens, sed adhuc incertum
Circa formam vltimam,

Mox complens orationem
Reducis ad rationem
Et speciem infimam.

Sicut quis de manna quærens,
Quid sit? non quæsivit, an ens?
Cùm tale prænosceret:

Imò si tale nesciisset,
Nunquam in mentem venisset,
Vt, quid hoc sit? quæreret.

XIII.

Hic sacer tenor verborum
Quem per os præsbyterorum
Christus dici præcipit,

In fine prolationis,
Summæ per vim actionis,
Id, quod signat, efficit;

Illudque robur divinum
Panem expellens, & vinum
Secundùm substantiam,

Derelinquit sub figuris
Sine substante mansuris
Domini præsentiam.

In fine prolationis verborum consecrationis, fit illud, quod per ea significatur.

T

Illa conversio vocatur transubstantiatio.

Illam autem actionem
Transubstantiationem
Appellant Concilia:

Qua totaliter mutatur
Res in rem, nec primæ datur
Quid manens in aliâ.

Et quid sit.

XIV.

Ex vi verborũ consecrationis, quæ ponantur sub speciebus, & quæ per concomitantiam.

Sub velo panis signorum,
Ut aiunt, ex vi verborum,
Corpus Christi ponitur:

Ita sub figurâ vini,
Ex vi verborum, diuini
Sanguis Agni sistitur.

Se tamen concomitantur
Corpus & sanguis, & dantur
Sub vtraque Specie;

Et in cibum hunc, & potum
Dic venire Christum totum
Vinclo consequentiæ.

Signis quoque præsens istis
Ut Deus, Pater assistis,
Et Tu Sancte Spiritus:

Non tamen ex vi verborum,
Neque per sequelam horum
Quæ sequitur Genitus.

XV.

Omnes quidem scholæ sanæ,
Catholicè Christianè
In hoc puncto sentiunt :

Sed in danda ratione
Hac super conuersione
Non simul conveniunt.

Est aliquorum doctrina
Quòd si quæ res vi divinâ
Locum novum cœperit:

Tunc vel in ipsam mutatur,
Id cuius loco donatur,
Vel hæc primùm deserit.

Hinc quià credunt præsentem
Aris Christum, nec absentem :
A paterno latere :

Ex vi novæ mansionis
Vim hujus conversionis
Putant se deducere.

Scotus parem tenens fidem,
Ad hac resoluenda quidem
Vult hîc tria statui.

Primum, quòd dùm res locatur
Novo loco, non cogatur
Priore destitui ;

Doctrina Doctorũ Catholicorum in danda huius cõversionis ratione varia. Proponitur aliquorum modus explicandi.

Affertur & præponitur Scoti sententia. Tria ad hoc supponũtur

Primum, potest aliquid poni in novo loco, quin relinquat priorem.

Eò quòd in loca bina
Manu ducente diuinâ
Sine morâ transeat:

Cùm obedientialem
Ad geminum locum talem
Potentiam habeat.

Secundũ potest aliquod corpus poni in eodem loco cum alio.

Secundò vult Doctor iste
Quòd posses Hîc esse Christe,
Præsens in altaribus:

Et si panis remaneret,
Subque suis resideret
Vinum accidentibus.

Possunt enim duo quanta
Esse simul, quando tanta
Virtus Dei jusserit:

Quæ loca multiplicare,
Quanta quantis penetrare,
Potest, cùm voluerit,

Tertium potest aliquid in aliud nõ.

Tertiò tandem vult Scotus,
Quod quis Dei manu totus
Vertetur in alium:

Productæ quin entitati
Entis in loco mutati
Detur domicilium.

Nàm quòd lapis hujus soli
Convertatur in rem poli,
Est Deo sat facile:

Nec in hac conversione,
Vlla contradictione
Est quid impossibile.

Et quidem in generatis,
Cùm agens passis locatis
Vim applicet propriam;

Vbi corruptum locatum
Fuit, debet generatum
Habere præsentiam:

At in supernaturali
Conversione totali
Cùm hæc cesset ratio:

Illa non debetur ei,
In quod vertitur, quæ rei
Versæ fuit statio.

Ergò super hoc arcanum
Ad sensum Subtilis sanum
Sequens dogma panditur:

Quòd Christus conversis rebus
Succedens, sub speciebus
Hinc manere dicitur;

praexistens converti, quin hoc ponatur in loco conversi. In generationibus genitum semper est in loco, ubi erat corruptum, & quarè. Non valet eadem ratio in conversione totali. Ratio, cur corpus Christi debeat esse ubi, erat panis, est tum ob præsentiā Sacramētalem, qua sic exigit.

Tùm quia cōversio hac non est productiva corporis Christi, cùm iam praexistat, sed adductiva invicem panis sic & praesentia sanguinis in vicem vini.

Eò quòd sacramentalis,
Ob quam effectus fit talis,
Id requirit ratio :

Ut vbi fuit mutatum,
Sit præsens id & velatum,
In quod fit conuersio.

Et quia, quod habet esse,
Dum durat, pro tunc subesse
Novo nequit ortui :

Saltèm pro conversione
Dandâ, debet mansione
In conversi statui.

Hinc est, quòd verbis prolatis,
Panis, vinique sublatis,
Et destructis entibus :

Per vim Christus adductivam
Et hoc modò conversivam,
Est sub accidentibus ;

Ita quòd non in rigore
Novum vbi, sed hanc fore
Dic novam præsentiam :

Per quam cœlū non dimittit,
Neque produci permittit
Bis suam substantiam.

Vndè Christus huc per Deum
Adduci posset, in eum
Quin panem converteret:

Sed non in te panis iste
Verti posset, quin Te Christe,
Huc Deus adduceret.

Sed dices: vnde destructum
Frumenti, vinique fructum
Hoc probem in opere:

Nisi sumam ex tenore
Vocum, Christi quas ab ore
Audio procedere?

Hoc est, inquit, corpus meum:
Vndè claris vides eum
Indicare terminis,

Quòd panis indè discessit,
Quòd corpus ei successit
Incarnati Numinis.

Ad hæc clara sunt responsa,
Quòd cùm panẽ Christi Sponsa
Hinc abesse colligat:

Hunc sensum ab ejus ore
Sumo, qui me de rigore
Vt fidelem adigat.

Quamobrem poterat hîc adduci corpus Christi, quin panis in ipsum converteretur. Sed non poterat panis in corpus converti, quin ipsum huc adduceretur. Instantia probans ex vi verborũ consecrationis hanc conversionem. Respõsio. Est de fide hac conversio ab Ecclesia ita

proponitur. Est & hic practicè verus,
De facto solus sincerus,
Vt doctus à Numine:

Non-tamen ex vi verborum colligitur absolutè: nam sensus eorũ potest subsistere cum transentia panis & vini. Sensus tamen magis naturalis horum verborũ infert hanc conversionẽ, non tamen ob rationem allatam à prima sententia.

Non tamen ex vi verborum
Speculativè sumptorum
Claro stringit lumine.

Nam sicut nunc sine rebus
Hoc corpus sub speciebus
His notatur vocibus:

Adhuc, si panis adesset,
Hoc corpus signatum esset
Præsens harum sensibus.

Non tamen est, cur negetur,
Quòd horum si ponderetur
Verborum constructio:

Sensus magis naturalis
Est, quòd inferenda talis
Sit panis conversio.

Quamvis verificaretur
Adhuc satis, nec daretur
In hoc implicantia.

Licèt ibi Jesus boni
Carnem Deus vellet poni
Cum panis Substantia.

Demùm,quid concludam,vide,
Conversionem de fide
Hanc testör me credere :

Sed nego supradictorum
Me rationem Doctorum
Adductam convincere.

XVI.

NEC suos,nec nostros sensus
Ibi tangit inextensus
Iuxta modum spiritus :

Modus existendi Christi sub speciebus.

In toto totus, & parte
Unaquaque totus arte
Mirâ manens positus.

Sic arctatum tamen volo
Ibi quantum vt in polo
Suis esse partibus :

Est ibi corpus & sanguis cum quātitate.

Quantitatem inhærentem,
Sed non vt loco præsentem
Servat in altaribus.

Ibi quoque videt Deum ;
Cognoscit, & vult, & eum
Comitantur cætera,

Quanam operationes ibi ipsi competant.

Quæ tenet in cœli throno,
Dum summo lætatur bono
In paterna dextera.

. . ati non potest.

Quandò tempus edax rerum
Fit corrosor specierum,
Aut dum venter digerit

Non indè læditur Iesus,
Sed his destructis, illæsus
Locum harum deserit.

Corruptis speciebus desinit esse sub illis.

Cùm vides post hæc impuris
Ex panis posse figuris
Turmas gigni vermium:

Substituitur substãtia aliqua à Deo, ut fiat generatio per mium speciebus alteratis.

Ne dic ex illis venire,
Sed è sinu scaturire
Rerum subsistentium;

Vel ex pane, vel ex ente,
Quæ creans sub acidente
Deus ponit fragili:

Apto quidem alterari,
Sed vndè res generari
Possit, nunquam habili.

XVII.

Corpus Christi à mouente species non mouetur per se, nec per acci-

Si quod ens spirituale
Intrà quoddam corporale
Vellet esse residens:

Motum, quem in hoc causares,
Illi non idcircò dares
Per se, nec per accidens.

Sic immota caro Christi
Maneret, quando ministri
Circumfertur manibus:

aens sed immediatè à Deo.

Ni Deus eam moveret,
Et semper iunctam teneret
Motis sensibilibus.

Quòd per se locum non mutat,
Innextensam quisquis putat
Non est undè dubitet;

At sub signis; velut grave
Quod movetur mota nave,
Cùm nequaquàm habitet:

Cùm non sit pars specierum,
Nec actus informans, verum
Hinc rectè colligitur:

A Deo tantùm moveri,
Nutu cuius hîc teneri
Præsens intelligitur.

XVIII.

Præter Sacramenti vultum
Iste sacer ritus cultum
Habet sacrificii:

De sacrificio Missa.

Et à Deo vi commissâ
Habet Sacerdos in missâ
Tanti ius officii.

Eucharistia est etiam sacrificium.

Quomodò habeat rationem Sacramenti.

Vndè prout signa panis
Et vini Christum humanis
Repræsentant oculis:

Ut per os cibum dant menti
Rem & vsum sacramenti
Veris ferunt titulis.

Et quomodò rationem sacrificii.

At vt verborum tenoris
Vi fit carnis, & cruoris
Mystica sejunctio:

Et hoc modo sic mactata
Deo, substant consummata
Pleno sacrificio.

Quare consecrationem;
Principalem actionem,
Ibi quidem fateor:

Sed Sacrificio tali
Metam in sacerdotali
Sumptione tueor.

Ac ne putes sensu tuo
Crucis & Altaris duo
In re sacrificia:

Dices in cruce patratum
Signatum & applicatum
Missæ per officia;

Et quod Crucis holocaustum
Per truentum semel haustum
Mundi rei pretium,

In Altari sæpè datur.
Paulatim, & applicatur
Nobis in subsidium.

Hîc, autem quædam expressè
Observo, de quibus esse
Instructùm te cupio:

Primùm, quòd ità sit verum
Spectare panem & merum
Missæ Sacrificio:

Si non velut principalem
In eis ad ritum talem
Materiam dixeris;

Sed vt quemdam transeuntem
Et vt à quo præeuntem
Terminum censueris.

Ex quo Christum hoc oblatū
Sacrificio, mactatum
Dic & principaliter;

Sed & sub quibus mactatur,
Signis pertinere datur
Ad hoc aliqualiter.

Notantur hic nonnulla valdè scitu digna, quæ vide in Theol. moral mastrii disp. 19. qq. 3. 4. & 5.

Panis & vinum quomodo spectent ad hoc sacrificium.

Christus est verè, propriè & principaliter hic oblatus, & sacrificatus.

Et species etiam ad id pertinent & quomodò.

Nam ibi victima latens
Sub his offertur per patens
Signis Sacrificium;

Et propter hanc rationem
Specierum junctionem
Optat sensibilium.

Christus est etiam summus & principalis offerens.

Ad ritum sacerdos istum,
Quem dicis victimam Christũ,
Est summus & proprius:

In cuius offert personâ
Præsbyter hoc donum, bona
Supra cuncta gratius.

Ecclesia etiam offert, & quomodò.

Item affirmare potes,
Quòd munus per Sacerdotes
Hoc affert Ecclesia:

Vel ut vim superioris
Habens, vel inferioris
Ob plebis consortia.

Sacrificiũ missæ latrenticũ est semper & Eucharisticum.

Item velim advertisse,
Quòd sacrificium Missæ
Est semper latreuticum

Et est summè coram meo
Vt grates rependat Deo
Semper Eucharisticum.

At ut sit vivis pœnarum
Aut mortuis debitarum
Hinc propitiatio :

Est propitiatorium vivis & defunctis ex quomodò.

Illi sint per statum digni
Deo gratum, hi sint igni
Dati purgatorio.

Item tanti virtus doni
Nobis spiritalis boni
Est impetratoria :

Est impetratorium, & quorum.

Quin & est corporeorum
Conducentium bonorum
Ad spiritualia.

Per hanc & oblationem
Non quidem remissionem
Dat Deus mortalium :

Non remittit mortalia immediatè, sed mediatè & quomodò.

Sed dat placatus per eam
Ad planctum animam ream
Commovens auxilium ;

Et sic, non habitualem,
Sed tantum dat actualem
Animabus gratiam :

Vt hac malæ convertantur,
Bonæ majorem ferantur
Adhuc ad justitiam.

Remittit immediatè venialia:

At non solùm conferendo,
Vt pro mortali tollendo
Diximus, auxilia:

Et non solùm mediatè
Verùm & immediatè
Tollit venialia.

Et quibus.

Modo tamen ad deffectus
Hos ille non sit affectus
Pro quo litat præsbyter:

Nec continuatione
In eis, remissione
Hâc se privet nequiter.

Intensio fructuum Missæ soli Deo nota.

Non est autem nostrum scire
Quæ sit boni, quod venire
Hinc debet, intensio.

Deus scit; sed & subjecti
Puto, quòd magis perfecti
Iuuet dispositio.

Extensio quanta, & qua.

At cujus extensionis
Hujus sit oblationis
Potens efficacia:

Dic, quòd non est generalem
Fructum minuens, qua talem,
Multitudo nimia.

At si multis applicetur
Vni dandus, minuetur
Singulorum portio ;

Et sic, vni quæ promissa,
Non duobus hæc in missa
Fiat applicatio.

At potest offerri rectè
Pro vivis illis directè
Istud Sacrificium :

Qui Baptismo sint renati,
Communione privati
Neque sint fidelium.

Pro cæteris indirectè
Fit, cùm petitur dilectæ
Sponsæ Christi gloria.

Et, vt privata persona
Est, à sacerdote bona
Fit horum memoria.

Non pro damnatis offertur,
Quibus spes omnis aufertur
Consequendæ veniæ :

At prodest, ex operato
Opere, justo ligato
Flammæ purgatoriæ.

Vni debita applicatio non debet fieri pro pluribus.

Pro quibus directè afferri possit hoc sacrificium.

Pro quibus indirectè.

De quibus à sacerdote ut privata persona fieri possit memoria.

Non offertur pro damnatis.

Prodest ex opere operato animabus purgatorii.

Non offertur pro beatis.

Non offertur pro beatis
Propriè, cùm egestatis
In ipsis nil maneat:

Nec propriè ipsis sed Deo dum ad eorum honorem.

At offertur in honorem
Horum, ut coronatorem
Laus ad Deum redeat.

Applicatio à sacerdote facta contra preceptum prælati illicita, sed valida.

Si Sacerdos Missæ fructum
Applicet, non sequens ductum
A prælato positum;

Peccat quidem culpâ grandi,
Sed hunc fructus applicandi
Actum ne dic irritum.

Dêmùm apud sacerdotes
Sic intentionem notes
Geminam existere:

Intentio quæ ad sacrificiũ agendum requisita.

Sacrificii gerendi,
Sacramentique ponendi
Primam debes dicere.

Quæ sufficiens ad applicationem fructus missæ.

Et hanc quidem actualem
Habendam vel virtualem
Cum omnibus assero.

Alteram intentionem
Vt ad applicationem
Fructus, sic considero:

Quòd sit quidem magis tutè,
Si tunc actu vel virtute
Hanc habeat præsbyter ;

Attamen habitualis,
Et non retractata talis,
Adest sat utiliter.

Hanc autem oblationem
Triplex fructus portionem
Per distinctam sequitur :

Triplex portio fructus, & quibus detur.

Sacerdoti specialis
Gregi Christi generalis
Semper attribuitur.

Medium determinatâ
Intentione formatâ
Applicant præsbyteri :

Qui nec possunt applicare
Generalem, neque dare
Suam partem alteri.

At illos si Sacramento
Puros cuique vis, memento
Hoc magis in opere ;

In Sacerdotibus quanta puritas requisita.

Quod pro Christo, pro fideli
Cœtu, coram Deo cœli
Eos decet agere.

Seu dum fiunt ritus isti
Ibi tenent locum Christi,
Qui summus est Præsbyteri

Et pro toto Christi grege
Coram summo cæli Rege
Adstant singulariter.

Eorum malitia non minuit fructum sacrificii ex opere operato.

Attamen, hoc summum opus
Christi non relinquit scopus
Nec quid ei tollitur:

Nec fructus, ex operato
Opere manans, peccato
Sacerdotis rapitur.

XIX.

De Sacramento Pœnitentia.

VIRTUS est, aut Sacrementum
Quod manet sub hac contentum
Voce, Penitentiâ:

Pœnitentia est virtus & Sacramentum.

Prima præcedit secundum,
Ut ornari cor immundum
Possit innocentiâ.

Quid sit pœnitentia virtus.

Per hanc cor habet dolorem
Et proponit ob errorem
Pœnis satisfacere:

Sivè sui manu zeli,
Sivè quando Deus cœli
Has velit infligere.

At cordi ſic proponenti
Vox accedens, Sacramenti
Complebit materiam:

Quomodò intret pœnitentiam, ut Sacramentum. Et quæ iſtud in ſe involuat.

Si ſacerdoti revelet
Peccata ſua, nec celet
Quid excludens veniam.

Mox abſolvens ſi loquatur
Sacerdos, formâ donatur
Tanti ritus operis:

Et qui peccator è domo
Acceſſit, ad eam homo
Redit expers ſceleris.

XX.

Culpæ poſt Baptiſmum actæ
Hujus aſſeruntur factæ
Remota materia:

Materia remota hujus Sacramenti ſunt peccata poſt Baptiſmũ commiſſa.

Non vt cuiquam componatur,
Sed vt ſacræ deſtruantur
Vocis per imperia.

Et addo, ne quid relinquam,
Quòd, pœnitens, ut propinquam
Tribus præbes actibus:

Proxima ſunt actus pœnitentis, ſeu contritio, cõfeſſio, &

Dum contritus corde venis,
Culpas recenſes, & pœnis
Te ſubdis vltricibus.

XXI.

Satisfactio. Contritio ut sic, dividitur in perfectam, quæ vocatur cõtritio, & in imperfectam, quæ est atritio. Contritio cum solo voto Sacramenti in ipsa saltem implicitè contento, sufficit ad remissionẽ mortaliũ. Non est necessaria in Sacramento. Atritio sufficit. Sed debet esse super.

Sed cùm possit cor dolere,
Vel ob Deum, cui parere
Solus amor adigit:
Vel ob virtutis decorem
Quam lædit, vel ob timorem
Pœnæ, quam sons exigit;
Dolor primus cor contritum
Motus secundus atritum
Dei reddit oculis:
Primus extra Sacramentum,
In voto tamen intentum,
Cor emundat maculis.
Et hunc de necessitate
Nulla lex in voluntate
Confitentis præcipit;
Quæ si sit tantum atrita,
Et Sacramento munita
Fructum ejus percipit.
Ut autem sic prosit, talis
Esse supernaturalis
Postulat Attritio:
Nempè, creditâ re dante
Motivum, & elevante
Gratiæ subsidio.

Ità quòd culpæ fætorem
Reus, & pœnæ timorem
Per fidem respiciat;

Nec sæcli pœnas, ut dandas
Ab homine, sed causandas
Ut à Deo fugiat.

Sic cùm fœtor actus rei
Vel perfectioni Dei
Cuidam sit oppositus:

Vel etiam à morali,
Vel & à Theologali
Virtute sit dissitus;

Quocumque modo spectetur,
Attritioni censetur
Is horror sufficiens:

Si movente Deitate
Fiat, & à claritate
Fidei sit prodiens.

Ut si quem de violato
Castitatis illibato
Flore sic pœniteat?

Quòd, non ut naturæ lumen
Hunc commẽdat, sed ut Numen
Fide docet, doleat.

naturalis, & quomodò. Motivũ Attritionis duplex, metus scilicet pœnæ, & peccati turpitudo per fidem apprehendendum.

XXII.

Attritionis motivum nec est nec esse debet charitas.

At cùm à contritione
Non solùm intentione
Differat attritio:

Sed & motivo formàli,
In motu non erit tali
Motivum dilectio;

Mastr. in 4. disp. 5. q. 5. & 6. & in Theol. moral. disp. 21. q. 2. ar. 2.

Sic quòd non à charitate
Motivum vel imperatè
Sumat, vel elicitè:

Non enim attritionis,
Sed vero contritionis
Tunc esset in limite.

Et hinc sunt ita diversæ
Naturæ motus hi per se,
Et essentialiter:

Quòd, licèt convenientes
In multis, sunt differentes
Motivo totaliter.

Triplex modus dolendi de peccatis ob pœnas expēditur.

Velim tamen te monere,
Reum ad pœnas dolere
Posse modo triplici:

Quibus poterit attentis
Variæ Doctorum mentis
Conformitas elici.

Primus

Primus eſt malus omninò
Coram judice divino
Augens cordis vulnera:

Primus malus, & quomodò.

Cùm non verè deteſtetur,
Neque ſincerè triſtetur
Ob commiſſa ſcelera.

Ut ſi quis ad culpam plenè
Affectus, ſic metu pœnæ
Dolorem conciperet:

Quòd pœnam eſſe revera
Nollet, ut in culpæ merâ
Libertate ſiſteret.

Et ſic eſſet tunc peccator
Qualis avarus mercator
In metu naufragii:

Qui merces projiciendo
Ob hunc, habet ſic agendo
Quid involuntarii.

Et hoc eſt, Scote, quod ſentis
Dùm times de pœnitentis
Serâ pœnitentiâ:

Scot in 4. diſt. 14. q. 2.

Quod non tam à voluntate
Quam è metus gravitate
Sit hæc diſplicentia.

Quòd dùm totum est terroris,
Nihil veri sit doloris,
Qui de corde prodeat:

Et quòd priùs vis peccandi,
Quàm affectus, à neffandi
Sinu cordis abeat.

Quòd non sit in fine vitæ,
Quo fuere Ninivitæ
Concussi salubriter:

Sed sit dolor ille vanus
Quem Antiochus insanus
Sensit inutiliter.

Secundus modus dolendi bonus est, sed non sufficiēs.

Alter modus non est malus;
Sed nequit, vt detur salus
Esse dispositio:

Vt si cui contingat reo,
Sisti dolentem in eo,
Quòd timet supplicio.

Sic vt metu tremefactus
Pravos detestetur actus
Pœnæ dignos fulmine:

Se tamen ità componat,
Vt finem *Cui*, non apponat
In offenso Numine.

Id eſt, quia non includit,
Aliqualiter excludit,
Reſpectum ad Dominum:

Dum nec ei verè præbet,
Quem, velut finem, *Cui*, debet
Extrinſecum terminum.

Tertius eſt tandem modus,
Diſponens ut culpæ nodus
Sacramento pereat;

Tertius bonus, & ſufficiens ut quis per eum ad gratiam Sacramenti diſponatur.

Cùm nempè quis de peccatis
Vel horrore fœditatis,
Vel pœnæ ſic doleat;

Vt tamen dolorem talem
Ad timorem filialem
Ordinet quodammodo:

Et nec ultimò pœnarum
Ob crimen infligendarum
Siſtat in incommodo.

Ergò ſi dolere pones
In eo conditiones
Duas ſupra traditas:

Et hæc eſt vera Attritio, ejus conditiones, & qualitates.

Quòd fiat Deo tangente,
Et cordè pœnas timente
Vt de fide creditas.

Insuper si per hunc motum
Affectum ad culpam totum
Ex corde repuleris;

Si tactus motu sat grandi
Propositum non pecccandi
De cætero feceris.

Si præ cunctis detesteris
Culpas, dispositus eris,
Et erit atritio:

Vt tibi culpas dolenti
Sit in actu Sacramenti
Collata remissio.

In Atritione ista amor Dei aliquis reperitur ut scilicet tendit, & terminatur ad Deum ut ad finem Cui.

Et ex his compono sensus,
Quorum videtur dissensus
In hacce materia:

Dùm in hoc Deum dolore
Nego motivum, amore
Qui sit super omnia.

Volo tamen motum talem
Minorem, & aliqualem
Amorem includere;

Qui licèt nec sit motivum,
Facit, ut finem *Cui*, vivum
In Deum respicere.

XXIV.

At & dum quis confitetur
Optimum eſt, ſi conetur
Pœnitendo conteri:

Sufficere tamen puto,
Vt confiteatur tutò,
Si contingat atteri

Imò quamvis tunc cenſeret,
Quòd eum ſola moveret
Ad planctum atritio:

Hæc dum modo ſit formalis,
Cum eâ Sacramentalis
Rectè fit confeſſio.

Et hic abſolutus citò
Contritus fit ex atrito
Dum recipit veniam:

Sumens Sacramento fretus
Quam contritionis fletus
Attraxiſſet gratiam.

XXV.

Culpas autẽ,quæ dant læthũ,
Per confeſſionis fœtum
Eſt neceſſe pellere:

At,quæ minus lædunt mentes,
Ad hanc ſunt ſufficientes,
Et panduntur liberè.

Sufficit Attritio, etiam cognita ut talis, ad recipiendam abſolutionem & gratiam Sacramentalem.

Quomodò peccator virtute Sacramenti ex attrito contritus fieri dicatur.

Peccata mortalia ſunt materia neceſſaria confeſſionis

Venialia ſunt ſufficiens, nemoque,

ad ea cõfitenda tenetur. Satisfactio quæ est Sacramenti pars, consistit in acceptatione pœnæ impositæ, non autem in ipsa adimpletione pœnæ.

Sed nec actualis ita
Sacramento requisita
Est huic satisfactio :

Quin & sufficiat benè
Vt pars ejus, facta pœnæ
Si sit acceptatio.

Nam si quis ieiunaturum
In panem promittat purum
Anni toto circulo ,

Et tamen nondum finitâ
Anni parte , carens vitâ
Recondatur tumulo :

Cùm quidem hic in instanti
Quo substábat iudicanti ,
Hanc pœnam admiserit ,

Bonam Sacramenti sortem
Cœpit , licèt propter mortem
Pœnam non impleverit.

Ex tribus actibus pœnitẽtis iã dictis deducuntur conditiones bonæ confessionis.

Hoc autem ex actu terno
Sic explicato discerno ,
Quibus eget confitens:

Vt purgetur sorde mali ,
Et ut sacro tribunali
Adsit verè pœnitens.

Si corde dolet, affectum
Ad prauum linquet effectum,
Ejuſque periculum :

Sinceritas.

Nec dignum remiſſionis
Dicet, quem occaſionis
Præſens ligat vinculum.

Dum culpas profert mortales,
Satis hinc videt, quòd tales
Simul debent aperi :

Integritas.

Illi namque, quod cognoſcit
Sacerdos, tantum ignoſcit,
Non latenti ſceleri ;

Et unum latens dum obeſt,
Nihil confitenti prodeſt
Recenſere plurima :

Eo namque ſic latente,
Manet in ſtatu fœtente
Nec mundatur anima.

Si tamen ita lateret,
Vt illud non præcaveret
Mentis diligentia :

Tunc propter ejus conatus
Remittet ipſis reatus
Omnes pœnitentia.

Poſt diligens examen, ſi lateat quoddam mortale, non nocet ſed dimittitur, cũ aliis.

Aliquando potest celari peccatum mortale cognitum ob gravissimam causam.

Casu quoque venit raro,
Ut ex gravi mens,& claro
Inducta discrimine,
Possit in hoc tribunali
Absolui, quodam mortali
Non confesso crimine.

Hoc Christi veri pastoris
Summi petit vis amoris
Ad ovis inopiam:

Debet tamen alia vice manifestari.

Quæ sic occultum tenebit,
Donec, cui fidat, habebit
Sacerdotis copiam.

Restitutio rei alienæ.

Si plangis verè peccata,
Quæ foventur per abblata
Curabis abjicere:

Hacque satisfactione
Te voles ab vltione
Divinâ subducere;

Tuncque reddes opportunè
Bona famæ, vel fortunæ,
Animæ, vel corporis:

Aut saltem, hæc tunc decernes
Implere, cùm aptam cernes,
Falcutatem temporis

Si velis placare Deum
Apud quem fuisse reum
Tristi doles animo :

Debes, & ipse placari,
Tuo reconciliari
Priùs curans proximo.

Condonatio iniuria proximo, & reconciliatio.

Si non videt sic paratum
Sacerdos coram prostratum
Hunc repellat mordicùs :

Et sciat, quòd loco Dei,
Non solùm est iudex rei,
Sed ægroti medicus :

Repellendi à confessario malè dispositi.

Ut si quandò quem admittat,
A se talem non dimittat
Privatum remedio :

Confessarii officium quod.

Quo reddatur vitæ puræ
Et culpæ causa futuræ
Tollatur de medio.

XXVI.

PLACET autem Scoti menti,
Quòd cùm reo pœnitenti
Deus confert veniam :

Per binam mutationem
Culpæ solvit læsionem
Et impendit gratiam.

Remissio culpæ, & infusio gratiæ sunt duplex mutatio: ista realis,

illarationis.

Hinc quidem censetur bina,
Quòd, si vult manus divina,
Huic fiet remissio:

Quin simul doni cœlestis
Et decoræ fiat vestis
Ob illam concessio.

Ista quidem est realis,
Illa verò non est talis,
Sed à mente Domini.

In reo status peccati,
Et ejusdem condonati,
Sunt, ut duo termini.

XXVII.

Forma absolutionis.

FORMAM in his verbis ego
Absolvo te, totam lego
Istius judicij:

Cujus causa ministerialis est Sacerdos

Quòd tuo, Sacerdos, ore
In tibi dati vigore
Profers ministerij.

Præcavenda confessario peccata reservata & censura.

Sed priusquam solvas reum
A malis, quæ reddunt eum
Aversum à Numine:

Vide, culpæ reservatæ
An subsit, vel pœnæ latæ
A jure, vel homine.

Si ſubſit, à reſervatis
Tu nec pœnis, nec peccatis
Præſumas abſolvere:

Quid agendum tunc.

Sed, ſi quid in pœnas polles,
Eas ſemper priùs tolles,
Quàm ſolvas à ſcelere.

Priùs abſolvendum à cenſuris, quàm à peccatis.

A reis autem audita
Sub quovis prætextu ſcita
Per te ſint à nemine:

Sigilli obligatio naturalis, divina, Eccleſiaſtica.

Ad hoc te ligat natura,
Ad hoc & divina jura,
Et canonum paginæ.

Hîc tandem, Sacerdos chare,
Ut partem tuam præſtare
Scias, velis, valeas:

Volo, ſic paucis concludens,
Ut doctus, bonus, & prudens
Illud munus obeas.

Quapropter petes à Deo
Dum eris daturus reo
Sacram pœnitentiam:

Ut hanc tibi dotem trinam,
Bonitatem, diſciplinam
Donet, & ſcientiam.

Confessionis obligatio, quandò.

Tu verò, peccans adultè,
Tunc saltem incurres stultè
Novi pondus vinculi :

Nisi sis in anni cursu
Confessus, & in occursu
Mortalis periculi.

Peccata mortalia alias oblita si redeant in memoriam cõfessione declaranda sunt.

Quòd si, quando confiteris,
Ut supra dixi, non eris
Gravis memor criminis :

Licèt tibi condonetur
Cum confessis, cùm non detur
In te fraus examinis ;

Dico tamen ; si contingat,
Quòd rursùs illud attingat
Tua recordatio :

Debet in occasione,
Fieri confessione
Ejus declaratio.

Nam, profectò, si contritis,
Multò magis & oblitis
Hoc remanet debitum :

Vt cùm culpas recordantur,
Declarare teneantur
Sonum per explicitum.

Vndè quoque bonum puto
Ei, qui vult ire tutò
Uias conſcientiæ;

Conſulitur uſus confeſſionum generaliũ.

Ut elapſæ vitæ malis
Det interdum generalis
Aquam pœnitentiæ.

Namque ſi quis in privatis
Deffectus integritatis
Eſt confeſſionibus:

Et quod deeſt vndequaque,
Amaræ detergunt aquæ
Rivis generalibus.

XXVIII.

Ex Iacobi lectione
Sacramentum Vnctione
Sat patet in vltima:

De extrema-Vnctione. Eſt Sacramentum & qui ejus effectus.

Quæ ſæpè tollit effectus
Morbi; ſed ſemper deffectus
Minores ab anima.

XXIX.

At Cùm hæc de Sacramentis
Quæ bono cujuſque mentis
Dei parat actio:

De Sacramento Ordinis. Ordo melius dicetur ordinatio.

His addi ſextum concordo,
Aptè minus dictum ordo,
Quàm ſit ordinatio.

Quid sit. In qua quis manu Prælati,
Ad hoc munus consecrati,
In gradu, reponitur,

Quo quid agit in altari,
Aut in actu singulari,
Rebus sacris fungitur.

Quot sint. Septem sunt voce communi,
Sed malè nomen hoc vni
Sic censentes auferent:

Episcopatus est probabiliter idem ordo ac sacerdotium sed magis completus, & perfectus. Ni saltem Præsbyteratum,
Simul & Episcopatum
In eumdem congerent.

Et certè, num isti bini
Sacerdotii diuini
Sunt simul participes?

Sed ad majorem effectum,
Hoc habent magis perfectum,
Qui dicuntur principes.

Potest etiam episcopatus dici ordo distinctus, & sic dici Quòd ergò vel septem putes
Vel octo, non est, cur nutes
Hujus causâ numeri:

Sed adde, simul manere,
Modo quo species veræ
Vni subsunt generi.

Vel fortè non dices gratis,
Quòd vnius poteſtatis
Hi ſunt gradus varii :

Qui ſimul ad aram tendunt,
Et ſummi ritum intendunt
Vnum miniſterii.

Nec Epiſcopalis vſus
Cenſeri debet excluſus
A Sacris altaribus :

Namque Sacerdotes magni
Qua tales, mactandis Agni
Dant miniſtros carnibus.

Ex ſeptem, qui computantur,
Tres Sacri connumerantur,
Et minores cæteri :

Sacri ſunt, qui de propinquo,
Minores, qui de longinquo.
Miſſæ ſubſtant operi.

Sacri caſtitatis voto
In decurſu vitæ toto
Ligant, & officio.

At in cunctis charactere
Diſtincto donari verè
Nequaquam reiicio.

octo ſpecies ordinis, qui ut ſic eſt, genus. Vel poſſunt dici gradus diverſi unius completæ ordinationis.

Ordines ſacri. Et minores. Et quid tales.

Imprimis characterem diſtinctam in omnibus eſt probabile.

XXX.

De matrimonio. Est Sacramentum, quid sit.

PAULUS vocat Sacramentum
Strictum illud ligamentum
Maris atque fœminæ :
Quo vir promittit uxori,
Et hæc illi, vitæ ; thori,
Cordis ius unamine.

Qui ejus Ministri. Materia, Et forma

Ministri, Sponsus ; & sponsa,
Binum corpus corresponsa
Est illis materia.

Verbum de præsenti, aut nutũ
Ad formam etiam tutum
Declarat Ecclesia.

Ad prolem caste gignendam,
Et alendam ; ad tuendam
Datam fidem invicem,

In carnis flammas amentis
Robur confertur inventis,
Qui non ponant obicem.

Tanguntur scienda in hac materia. Et apud alios legenda indicantur.

Vt autem quæ sunt agenda
Scias ; & quæ fugienda
In hacce materia :

Vt noscas divino iure,
Quæ sunt ibi, vel quæ purè
Iniungit Ecclesia.

Vt non erres contrahendis
Neque pecces dissolvendis
In factis sponsalibus ;

Vt impedimenta cernas,
Et quæ dirimunt, discernas
A non dirimentibus.

Vt scias, quis sit optatus
Præsens proprius curatus,
Quot testes hîc debiti ;

Cùm multi sint hoc pro fine,
A me tibi Bonacinæ
Sunt libri propositi.

TRACTATVS XII. ET VLTIMVS.

De quatuor novissimis.

I.

SI nunquam velis peccare,
Tua semper memorare,
O homo ; novissima :

Memoria novissimorum utilis.

Quæ sicut sunt viæ finis
Sic esse Sacris doctrinis
Meta solent vltima.

Mortales nos esse omnibus notum est

Quòd tu sis mortalis homo,
Quòd sit è terrestri domo
Migraturus spiritus:

Quòd carnis futurus finis,
Ut origo fuit, cinis,
Nemo nescit penitus.

Sed non ita nota sunt eventura post mortem.

Sed post mortem quid futura
Sit hæc tua forma pura,
Cùm te fortè lateat:

En ibi quid rationem
Fides per deductionem
Subtilem edoceat.

II.

Animæ defunctorum in statu gratiæ, purgatæ hîc vel in purgatorio, de facto iam beantur in cœlo. Sic & animæ malorum torquen-

A nexu carnis solutæ
Intimatur absolutè
Privatum iudicium:

Nec expectant finem mundi
Cordis probi, vel immundi
Merces, aut supplicium.

Qui culpas olim dimisit
Menti latronis, promisit
Paradisi sociam:

Paulus optabat dissolvi,
Ut posset ad Christum volui
Et ad ejus gloriam;

Dum Christus cœlum petebat
Captivitatem ducebat
Captivam ab inferis :-

Ergò jam mentes humanæ
Purgatæ simul, & sanæ
Beantur in superis.

Hujus status mansionis
Quam multis sit plenus bonis,
Quot abundet opibus;

Ut rectè notificetur,
Successivis procedetur
Hîc conclusionibus.

III.

Quæ sensu carent, aut mente
Actu se non immanente
Suo iungunt optimo:

Hinc eis habilitatem
Ad magnam fœlicitatem,
Et ad parvam adimo.

Et licèt centrum suave,
In quo quietur grave,
Scholæ dicant physicæ :-

Quòd hæc quietis dulcedo,
Talis sit dicta, concedo,
Tantùm metaphoricè.

tur in infernos

Procedendum ordinatè in quæstionibus de beatitudine.

Creaturæ carentes vità sensitiva, aut spirituali sũt incapaces cuiuscũque fœlicitatis.

Occurritur obiectioni.

Lapis nõ quietatur in centro, nec

in fœlici-tante.
Ad centrum movetur lapis,
Sed circa centrum nil capis
Hæc quies est metaphorica, non propria.
Immanenter agere:
Sed ad vbi naturale,
Non ad absolutum tale,
Quod beet, desinere.

Fœlicitas imperfecta quæ, & quibus competat.
Quod suo bono finali,
Tamen secundùm quid tali,
Actu suo jungitur:
Hoc secundùm quid beari,
Non summè fœlicitari,
Apud doctos dicitur.

Felicitas perfecta, quæ & quibus conveniat.
Quod finem summè perfectũ
Sui per actus effectum
Est potens attingere:
Id fœlicitati veræ
Ex omni parte sinceræ
Aptum debes credere.

Bruta sunt capacia imperfecta.
Ex quo rectè sic procedo,
Dum brutum capax concedo
Sui boni maximi:
Ad quod operatione
Vnitur in ratione
Secundùm quid optimi.

Sed in Deo quia summo
Omne perfectum consummo
Bonumque simpliciter:

Perfecta fœlicitate
Privo, frui Deitate
Quod nequit finaliter.

Quia perfectio summa est in solo Deo, ideò bruta quæ eo frui nequeunt, sunt incapacia perfectæ beatitudinis.

IV.

Cor nostrum irrequietum
Erit, nec unquam expletum,
Semperque famelicum:

Donec in te requiescat,
Te fruatur, & ditescat
Per te, Numen cœlicum;

Nam beatitudo vera
Non est illa, sed chimera,
Quam extra Te quærimus:

Cum nisi per summum bonũ,
Habens in Te solo thronum,
Satietur animus.

Beatitudo perfecta hominis in Deo est.

V.

Per innatum appetitum,
In propensione situm,
Et nativo pondere,

Homo perfectum hunc statũ
Vult necesse, qui beatum
Potest illum reddere.

Appetitu innato homo necessariò fertur in beatitudinem, ut sic.

VI.

Non ità appetitu elicito, sed liberè libertate contradictionis & exercitii.

AT non sic per eum imus,
Quem à voluntate scimus
Esse sic elicitum,
Vt post mentis motionem
Ipsa per electionem
Sibi reddat placitum.

Non verò libertate contrarietatis, seu specificationis.

Nam licèt mali figura
In fœlicitate purâ
Nulla possit argui:
Et hinc nostrum libertatis
Expers contrarietatis
Cor debeat statui;

Ut non possit rem odisse,
In qua mens videt fulsisse
Plenum boni radium:
At potest hanc non amare,
Seu potest sibi vetare,
Actus exercitium.

Confirmatio conclusionis.

Et certè, si vis necesse
Amorem cordis adesse
In beatitudinem:
Par amor, æquè perfectus,
Et à tota vi profectus
Omnem tanget hominem;

Nam agens neceſſitate
Plena ſolet facultate
In actum prorumpere:

Ergò, cùm ſint quædã mentes
Hoc æſtu minùs feruentes,
Eis ineſt liberè.

His ritè ſic ſpeculatis
Animabus in beatis
Vt jam figas oculum:

In re, quam ſenſu non capis,
Scoſtita, Scoti, ſi ſapis,
Quæres adminiculum.

VII.

SCRIBIT ergò Doctor iſte,
Quòd excludens omne triſte,
Omni plena gaudio

Homo naturaliter inclinatur ad Dei viſionem & fruitionem.

Animabus deffæcatis,
Et in cœlo collocatis
Eſt Dei poſſeſſio;

Et quod ad hanc tentionem
Summámque poſſeſſionem
Inclinatur anima:

Et habet capacitatem,
Ut pati fœlicitatem
Sorte poſſit optimâ.

VIII.

Sed non potest naturaliter eas obtinere.

Sed non ita per se solam
Æterni decoris stolam
Est potens acquirere:
Nec actum Dei videndi
Per se, nec eo fruendi
Est capax elicere.

Per lumẽ gloriæ elevatur intellectus ad videndũ Deum

Per habitum charitatis beatifica elevatur voluntas ad fruendum Deo

Vndè lumen gloriosum
In hoc solo pretiosum
Fœlix habet spiritus,
Et thesaurus charitatis
In beatæ voluntatis
Sinu manet insitus;
Ut ille pro visione,
Ista pro fruitione
Tanto fulti munere:
Ille visum, hæc amorem
Circa divinum valorem
Suo promant opere.

IX.

Active concurrit intellectus beatus cum lumine gloriæ ad

Non ergò merè passiva,
Nec idcircò receptiva,
Mens est lucis gloriæ:
Sed actu suo vitali
Deo gaudet immortali
Luci juncta sociæ;

Nam

Nam cùm Deus ſit ſub ente,
Quid ni poterit à mente
Elevata conſpici?

actum vitalem viſionis Dei.

Quæ quidem naturæ dono
Inclinatur ſummo bono,
A quo poteſt perfici.

Et licèt proportionem
Ad hanc conſecutionem
In ſe nullam teneat:

Puto, dum è manu Dei
Lumen juvans datur ei,
Quòd in actum exeat.

X.

Cùm vera beatitudo
Sit perfecta plenitudo,
Et plena perfectio:

Beatitudo, quid.

Cùmque ſit ſtatus, cunctorum
Quem conſummata bonorum
Complet aggregatio;

Hinc eſt, quòd fœlicitate,
Homo gaudet ſumpta latè
In omni potentia.

Ita quòd cum Pſalte clamem,
Tua Deus, meam famem
Replebit præſentia.

Extenſivè eſt in omnibus beati potentiis eâ capacibus.

XI.

Beatitudo non est perfectio intrinseca, & entitativa beati, sed est finis extrinsecus optimus ipsius, & dicitur perfectio secunda.

At hæc fames creaturæ
Non est de re, quæ naturæ
Addatur intrinsecè:
Sed cui mens iungi requirit
Tanquam fini, quem acquirit
Manentem extrinsecè.

Et hæc fœlicitas munda
Non est prima sed secunda
Beati perfectio:
Nec simpliciter ad esse,
Sed ad benè vult adesse,
Ut fœlix completio.

Deus nō est præcisè beatus, quia est omne bonum, sed quia fruitur in se omni bono.

Imo Numen increatum
Indè præcisè beatum
Non est, vnde maximum:
Sed quia, sic se potitur,
Bono suo sic vnitur,
Ac non esset intimum.

Ex quo sequitur quod beatitudo est immediatè in potentiis, & me-

Ex quibus rectè concludo,
Quòd priùs beatitudo
Non inhæret animæ:
Sed in eam mediatè
Derivat à facultate,
In qua manet proximè

XII.

INDE secundò resumo,
Quod beatum non præsumo
Ab habitu dicere:

Sed ab operatione
Cujus firma functione
Summo gaudet munere.

Nam per actum solum meo
Anima beata Deo
Summo fini jungitur:

Et habitu quoquo dato,
Actu manente sublato,
Deo non connectitur;

Et Deus mentem bearet
Actu solo, quam privaret
Omni tamen habitu:

Licèt hic soleat dari,
Ut actus possit causari
A beato spiritu.

diatè in anima. Et consistit in operatione actuali, non in habitu quodam potentiam beatificante. Per actũ anima coniungitur suo fini.

XIII.

THESAURUS ergò divinus
Cunctos facultatum sinus
Iustæ replet animæ;

Sed cùm status summè boni
Fructus operationi
Adscribatur optimæ:

Beatitudo intensiva & formalis consistit in optima operatione.

Dubitatur an hac sit operatio intellectus, an voluntatis.

Quæri poteſt, actus qualis
Cauſa radixque formalis
Sit beatitudinis?

Vtrum ſit in intellectu
Vtrum in cordis affectu
Felicitas hominis?

Vt, licèt immediatè
In hac bina facultate
Extenſivè maneat:

Quæ modum perfectiorem
Ad beandum aptiorem
Intenſivè teneat?

Concluditur beatitudinem cõſiſtere formaliter in operatione volũtatis.

Quam inchoat intellectus
Amor conſummat perfectus
Gloriam in ſuperis:

Potentiarum regina
Debet mercede divinâ
Beari præ cæteris;

Probationes concluſionis.

Ergò per dilectionem
Completam perfectionem
Acquirit fœlicitas:

Voluntas eſt regina potentiarum.

Et in actu voluntatis
Satiatur in beatis
Æterna cupiditas.

Major eſt in viatore
Omni fidei valore
Charitatis habitus :

Sic in cœlis conſummata,
In quod fides eſt mutata,
Lumen vincit penitùs.

Adde, quòd in ſenſuali,
Et in intellectuali
Patet exercitio :

Quòd totum hoc ordinatur,
Ut voluntatis ſequatur
Uſus, aut fruitio.

Ità dic in cœlis factum,
Ubi quidem mentis actum
Amori præmittimus :

Sed per opus voluntatis
Cumulum fœlicitatis
Intenſivum parimus.

Ex quo reſpondebis ei,
Qui noſtrum ponet in Dei
Viſione premium :

Quòd poſt viſum conſequenter
Ardet in corde ferventer
Beatum incendium ;

Charitas in via eſt perfectior fide.

Et conſummata in patria eſt dignior lumine gloria, quod ſuccedit fidei.

Omnis operatio ſe ſuum, & intellectus ordinatur ad voluntatis actũ.

Occurritur objectioni.

Quomodo viſio Dei dicatur merces noſtra, & vita æterna.

Et ità potest concedi,
Quòd meritorum mercedi
Assignetur visio:

Vt ex objecto præsente
In corde requiescente
Sequatur possessio.

Et sic cùm æternam vitam
In hac visione sitam
Ait Christus Dominus:

R. Dic: quòd cùm Deus cernetur,
Ex consequenti tradetur
Summus cordis terminus,

Visio Dei est prior ordine generationis. Amor verò ordine perfectionis.

Actus ergò visionis
Vià generationis
Deum prius obtinet:

Sed actus dilectionis
Ordine perfectionis
Illi prior eminet.

XIV.

Actus beatificus voluntatis est fruitio, & amor cōplacentia

Est autem ille perfectus
Summusque cordis affectus
Amor complacentiæ:

Per quem Deo propter Deum
Benè vult, habens in eum
Nil concupiscentiæ.

Summè ſummum bonum amat
Et hoc fruens ſe proclamat
Beatum formaliter ;

Et ex hac fruitione
Gaudium pro paſſione
Fluit, & non aliter.

Dixi ſumme, nempè, quantùm
Poteſt, amat bonum tantum
Intenſivo pondere :

At cùm cor amans finitum
Sit, non poteſt infinitum
Amorem elicere.

XV.

FRUENTEM autem gaudere,
Amittendâ non pavere
De beatitudine,

Illam ſcire permanſuram,
Non eſt, quod ejus naturam
Strictò ſpectet ordine ;

Nam foret vita beata
Intenſivè conſummata
Actu cordis vnico :

Licèt ad extenſionem
In ſtatu durationem
Petat beatifico.

circa Deum.

Gaudiũ eſt proprietas Amoris beatifi-i.

Licèt Deus ſit infinitus, actus beati non eſt infinitus, cùm omnia in ipſo beato ſint finita.

Gaudiũ, ſecuritas, & duratio non ſunt de eſſentia beatitudinis.

Duratio pertinet ad extenſionem ejus.

XVI.

Beatus est liber intrinsecè ad peccandum.

QVOD si quæras, an Beatus
Sic summo bono ligatus
Possit ab hoc dividi ?

Dico, quòd quit absolutè
Ex intrinseca virtute
Cordis nunquam solidi ;

Ab extrinseco est impeccabilis, & unde.

Deus tamen ab externo
Decreto bino superno
Ipsum ita solidat ;

Vt velit semper amantem ,
Nec concurrat , vt peccantem
A se culpa dividat.

Non læditur propterea eius libertas sed perficitur.

Eius tamen libertati,
Quam à catenis peccati
Præservat , non officit :

Sed vt , quo magis inclinat,
Cor ad bonum ire sinat,
Sua manu perficit.

XVII.

Beatitudo sanctorum est inaqualis

IN æterni patris domo
Mansiones multas homo
Paratas inveniet :

Vbi mercedem honoris
Iuxta mensuram laboris
A Deo recipiet.

Vt stella differt à stella,
Sic in vasta cœli cella
Servi Dei different:

Et fulgoris claritatem
Quique iuxta quantitatem
Meritorum referent.

Et si detur intellectus
Alio magis perfectus,
Sed æqualis lumine:

Actus intensior tali
Est, ut causæ partiali,
Maiori conamine.

Infernorum quoque pœnæ
Non eodem modo plenæ
Infligentur impiis:

Sed cuique tormenti tantum
Dabunt, in hac vita quantùm
Fuit in deliciis.

XVIII.

OMNES Deus eminenter
Continet, & excellenter
Repræsentat species:

Ergò, quas debet videre,
Et quibus optat cavere
Sanctus videt facies.

ex parte luminis gloria quod datur iuxta merita.

Intellectus perfectior cum lumine æquali intensiorem visionem producit.

Pœnæ damnatorum sunt etiam in æquales peccatis correspõdentes.

Sancti in Deo vidẽt creaturas, quas con venit ipsos videre.

Audiunt preces supplicantium in Verbo sibi ostensas.

Idcircò de ſede cœli
Fuſas à corde fideli
Preces aure ſuſcipit:

Si non in proprio ſono,
Cum nimis diſtent à throno,
At in verbo percipit.

Item & pœnas damnatorum, de quibus nec propriè gaudent nec triſtantur.

Imò pœnas damnatorum
E celſo loco cœlorum
Agnoſcit in Domino:

Ignis, nempe cruciatus,
Cui propter ſuos reatus
Subſunt abſque termino.

Nec gaudet, ne ſit crudelis,
Nec triſtatur, cùm fidelis
Sit ſupremo judici.

Sed videt, quòd æquo iure
Reæ luunt creaturæ
Deo pœnas vindici.

XIX.

Pœna damnatorum ſpirituum quæ.

His circa Beatos dictis:
En quæ pœnæ maledictis
Donentur, & quomodo?

Sub tecto Ditis infeſto
Bono priuantur honeſto,
Privantur & commodo.

Id est, dolent, quòd peccatum
Reliquit in eis statum
Pœnæ meritorium:

Vermis conscientia.

Et hic est vermis crudelis,
Qui nequit mori, fidelis
Comes suspirantium.

Vultus jacturam divini
Mox dolent, cui, velut fini,
Ordinati fuerant:

Visionis Dei amissio.

Et hanc vocant damni pœnam,
Cujus dolores gehennam
Suprà modum superant.

Illi bino privativo
Accedit pro positivo
Binus dolor igneus:

Duplex pœna sensus positiva.

Primus consistit in eo,
Quòd illos, volente Deo,
Carcer stringit flammeus,

Prima est, quod damnati entitas colligatur flammis.

In quo semper colligati,
Et velut concatenati,
Invitique maneant:

Vndè, quocumque se ferant,
Suum ignem secum gerant,
In quo semper doleant.

Secunda quòd apprehensio eorum violenter detinetur in consideratione flammarum ut objecti sibi repugnantis.

Alter dolor magis pungens
Est viva mentem conjungens
Flammis apprehensio:

Ex quo torquet intellectum
Ad hoc repugnans objectum
Inclinans attentio.

Ità quòd non prosit illis,
Quòd ab objectis favillis
Distrahatur animus:

Nam, ut carcer entitatis,
Sic est mentis facultatis
Ignis semper proximus.

XX.

Verè torquentur ab igne spiritus, nõ actione reali sed intentionali; quam explicata.

Sic modo miro, sed vero
Tormento flamma severo
Malum angit spiritum:

Nec tamen influxum ignis
In affligendis malignis
Indè putes physicum:

Nam ignis à carne nudis
Nil nocet, nec illi crudis
Subiacent doloribus:

Dolor quippè sensitivus,
Vrens, mordax, & activus
Fit tantùm corporibus.

XXI.

PROPTER tam amaram ſortem
Hi deſiderabunt mortem,
Sed nunquam invenient:

Et, ut duret malum eſſe,
Ad peroptatum deeſſe
Nullo pacto venient.

In hoc tamen agunt malè,
Quòd non habent votum tale
Ut dimittant ſcelera:

Sed ut à pœnis ſolvantur,
Quibus iuſtè caſtigantur
Ab ultrice dextera.

Abſolutè tamen ſolet
Velle non eſſe, qui dolet
In lacu miſeriæ:

Nam quòd eſt vult eſſe benè;
Aut ſummæ finem vult pœnæ
In non entis ſerie.

XXII.

DUM autem cælum beatæ,
Et infernum cruciatæ
Habitabunt animæ:

Corpus cuiuſque ſepulchro,
Intus fœdo, foris pulchro
Clauditur examine;

Damnati appetunt non eſſe.

Non ut ceſſent eſſe mali, ſed ut ceſſent pati.

Reſurrectio generalis corporum erit.

Sed ſuccedet aliquandò,
Deus ſolus novit quandò,
Vt reſurgant omnia:

Et divinâ fiet arte
Vt ſpiritus rursùs parte
Iungatur cum ſociâ.

XXIII.

Non poteſt naturali ratione cognoſci.

Quòd olim reſurrectura
Sit humana creatura,
Fides ſatis explicat:

Sed hoc nec naturâ duce,
Nec ex rationis luce,
Quidquam nobis indicat.

Priſci quippe ſapientes
In ſuis evaneſcentes
Cogitationibus,

Ne quidem cogitaverunt,
Quòd iungendæ rursùs erunt
Animæ corporibus.

Imò Plato volens ille
Cuncta reditura, mille
Lapſis ſæpè ſæculis:

Nec ſuum dogma probavit,
Nec ad fidem conformavit
In ſuis ſe circulis.

Dicam quoque virum iſtum,
Non ſecùs ac Triſmegiſtum,
Multa ſæpè ſcribere:

Philoſophi veteres quædam ex Hebræis didicerunt.

Quæ non quidem per ſe ſcita,
Sed ex Hebræis audita
Potuerunt tradere.

Non fuerunt certi de immortalitate animæ.

Quòd enim ſit immortalis,
Vereque ſpiritualis,
Noſtræ carnis anima,

Priſcis illis eſt incertum,
Cùm nobis ſit prorsùs certum
Per fidei lumina.

Nec nos, niſi iam per fidē.

Imò ſi talem ſenſiſſent
Indè minùs collegiſſent
Carni dandam iterùm:

Cùm ibi jàm hæc regina
Fuerit, vt peregrina,
Minùs potens operum.

Id eſt, cùm noviſſent, primo
Vnionis nexu, limo
Aggravatam animam:

Poſt carnis ſolutionem
Ei ſeparationem
Hanc putaſſent optimam.

Nec vniendam sensissent
Rursùs, quia nesciissent
Hæc fidei placita:

Quæ post resurrectionem
Promittunt, per rationem
Paganis non cognita.

Occurritur obiectioni.

Nec dicas, quod appetitum
Ad corpus olim vnitum
Post mortem retineat:

Anima appetitũ ad corpus in primo ortu expletum censet Avincenna.

Cùm Avincenna docente,
Hunc in vita præcedente
Sat expletum habeat.

Nã vult hic doctor, quòd limo
Est idcircò juncta primò,
Ut per sensus ageret:

Et per vias specierum
Latentes naturas rerum
Demùm intelligeret.

Occurritur iterùm obiectioni.

Nec addas, semper durare
Quemque mortalem optare,
Et nunquam deficere:

Ergò rectè colligetur,
Appetitu ne frandetur,
Quòd debet resurgere.

Qui sic arguis, memento,
Quòd eodem argumento,
Tu pro brutis litigas:

Retorquetur objectio.

Nam quòd velint perdurare,
Nunquam mori, semper stare,
Credo, quòd non ambigas.

Ergò scias, quòd est datus
Ad durandum hic innatus
Appetitus omnibus:

Quomodo intelligantur omnia velle semper durare.

Ut hîc & nunc sentiatur,
Dùm adversis oppugnatur
Quæcumque res hostibus.

XXIV.

At quod nequit prævidere
Natura, per se complere
Multò minùs poterit;

Resurrectio nequit fieri viribus naturæ.

Opus resurrectionis
Naturalis actionis
Fines cùm transierit;

Hinc ex Agentis vigore
Supernaturalis fore
Omninò conceditur;

Est supernaturalis ex parte agentis.

At ut nil dans violenti,
Aut repugnans patienti,
Naturalis dicitur.

Naturalis passi

XXV.

Modus quo fiet resurrectio.

Cùm itaque destinatum
Tempus erit quondam natum,
Deus mittet Angelos:

Angeli congregabunt partes.

Qui citò, non in instanti,
Ambulabunt mundi tanti
Per quatuor angulos.

Ut artuum mortuorum
Vndequaque dispersorum
Partes simul colligant,

Et ad primam vnitatem,
Nexum, & affinitatem
Suâ manu redigant.

XXVI.

Deus formam dabit, & reunict animam.

Deus autem in momento
Formæ donans complemento
Junget eis spiritum:

Iidem resurgemus qui olim fueramus.

Ut iidem resurgamus,
Qui quondam extiteramus
Ante mortis exitum.

XXVII.

Secundùm partes formales, & consistentes.

Non tamen sic restituto
Partes omnes priscas puto
Homini restitui:

Nam nec calore contritæ,
Nec per cibum resarcitæ
Ei debent tribui;

Sed sumet partes formales
Consistentes, integrales,
Quas in ortu tenuit:

Quasque velut pro fermento
Vitæ, quas & in augmento
Suo quondam habuit.

XXVIII.

Post hæc, si vis modum scire
Quo Christus debet venire
Iudicatum sæcula:

Iudiciū universale.

En tibi tradunt Scriptutæ,
Iudicandæ creaturæ
Qualis erit formula.

Illis ergò prætermissis,
Solùm dicam, quòd emissis
Verbis sensibilibus,

Sententia Christi in iudicio erit sensibilis.

Deus subtùs carne latens
Decretum æternum patens
Intimabit omnibus;

Et mali petent infernum,
Dùm thronum boni supernum
Sument absque tempore:

Dum, inquam, beatæ mentes
Cœlum redibunt gaudentes
Cum fœlici corpore.

XXIX.

Dotes corporis gloriosi.

In hoc erit dos quaterna
A dote fluens interna
Consodalis animæ.

Impassibilitas.

Nil erit, quo possit pati,
Aut robur reddi beati
Ægrum vel exanime.

Claritas.

Fulgurum vincet splendores,
Summósque nivis candores
Claritate stabili:

Agilitas.

Cursum Solis & Stellarum
Atque motum pupillarum
Motu vincet agili.

Subtilitas.

Nil resistet, nil tenebit,
Sed penetranti patebit,
Omne quantum obvium.

Corporis damnati qualitates illis opposita.

At obscurum, grave, crassum
Et in morte vivens passum
Erit corpus impium.

XXX.

Æternitas gloria bonorum & pœna damnatorum.

Scito tandem, quòd in ævum
Iusti dulcem, pravi sævum
Vitæ ducent tramitem:

Et ut corona bonorum,
Sic & gehenna malorum
Nullum sumet limitem.

En tandem, ex Dei pacto,
Quæ merces pro rectè facto,
Quæ pœna pro maculâ:

Illi cum Deo gaudebunt,
Hi ſine Deo lugebunt
Per æterna ſæcula.

Poſtquam ergò, lector pie,
Hunc ſubtilis melodiæ
Curſum mente cœperis:

Tranſibit in cor à mente
Praxis ejus, dum attentè,
Quæ ſequuntur, legeris.

MELODIA SVBTILIS;

AD NOTAS CORDIS & operis.

SIVE

CVRSVS THEOLOGICVS
Reductus ad praxim

AFFECTVVM ET EXEMPLORVM Beati Paschalis Confessoris Ord. Minorum.

PROEMIVM.

QVAM Doctores affectivá,
Amoris excitativam
Vocarunt, & practicam;

In multis sæpè torpentem
Obstupemus, & frigentem
Lucem Theologicam.

Plus ſæpè fervet amore
Illiteratus Doctore,
Magiſtro diſcipulus;

Et vbi ſunt claritatis
Magni fontes, charitatis
Vix apparet rivulus.

Multi ſciunt deffinire
Contritionem, ſentire
In ſe pauci cupiunt:

De divinis diſputare
Multi norunt, ſed aptare
Illis ſe non ambiunt.

Non ſic Paſchalis profectò,
Sed quidquid fidei recto
Lumine perceperat,

Ad charitatis ardores
Ad bonos & probos mores
Ordinare noverat.

Illi fides otioſa
Non fuit, ſed actuoſa,
Et vivens per opera:

In illo nemo tumorem
Vſquàm vidit, ſed timorem
Inter Dei munera.

I.

Praxis circa unitatem Dei & Attributa ejus.

VNVM verùm credens Deum
Solùm confeſſus eſt eum,
Et amavit vnicè :

Et quem ſummè bonū novit,
Ei ſe totum devovit
Æſtu cordis ſimplice.

In divinis Attributis
Suæ dignum ſervitutis
Objectum reperiens :

Dùm æternum intellexit,
Propter eumdem deſpexit
Omne, quod eſt tranſiens.

Sui Dei majeſtatem
Adorans, æternitatem
Expaveſcens timuit :

Et cùm ubique præſentem
Fide ſciret, ſuam mentem
In bono continuit

In Chriſti didicit ſchola,
Quòd Dei bonitas ſola
Bona valet omnia :

Idcircò Deum quæſivit,
Et poſt creata non ivit,
Ea putans ſomnia.

Dum

Dum speraret se visurum
Mundo corde Deum purum
In sanctorum agmine :

Nè mors intraret per illas
Carnis retraxit pupillas
A terreno lumine.

I I.

Cùm eum fides doceret,
Nil esse, quod non pateret
Divinæ scientiæ :

Et quòd cuncta, quæ geruntur
Hîc in terris, obsequuntur
Ejus providentiæ ;

Praxis circà intellectũ & volũtatem Dei.

In Dei se sanctam manum
Reponebat, & arcanum
Suæ sortis vltimæ

Nec curiosè querebat,
Sed laborans retinebat
Fidelis spem animæ.

Vndè nec prosperis rebus
Inflabatur, nec diebus
Frangebatur tristibus :

Sed cum Dei voluntate
Se mirâ conformitate
Regebat in omnibus.

III.

Praxis circa Sanctissimam Trinitatem.

TRINITATEM personarum
Fide credens, & illarum
In nobis imaginem:

Curavit vitam tenere,
Quæ non posset dedecere,
Hanc similitudinem.

Sic que per cognitionem,
Per cordis dilectionem,
Et mentis memoriam,

Unius Trinique Dei,
Quibus similis est ei,
Procurabat gloriam.

Imò cùm rebus creatis
Agnovisset Trinitatis
Inesse vestigium:

In cunctis ejus honorem
Meditabatur, amorem,
Laudem, & obsequium.

Et cùm audisset per fidem,
Quòd Pater, & Verbum idem
Sunt cum Sancto Spiritu:

Cum suis fratribus corde
Vnum erat in concorde
Charitatis habitu.

IV.

De creatione rerum,
Et opere ſex dierum
Dum ſenſit fideliter,

In ipſammet Creatoris
Poteſtatem per amoris
Vim exarſit fortiter;

Dùmque per tam diverſarum
Mirandos creaturarum
Diſcurreret numeros:

Per ipſas, quaſi per ſcalas,
Per orationis alas
Tendebat ad ſuperos.

Et ajebat loquens ſecum;
Quem non convincent vel cœcũ
Tam formoſæ ſpecies:

Quòd in Auctore naturæ
Quàm in vultu creaturæ
Pulchrior eſt facies?

Si tam pulchrum, tam fœcundũ
Fecit ſublunarem mundum
Pro nobis exulibus:

Qualis erit pulchritudo;
Quam cœli beatitudo
Suis parat civibus?

Praxis circa creationem rerum, Angelos, Hominis formationem, & lapsũ.

Non contentus admirari,
Voluit & imitari
Virtutes Angelicas;

Et mole carnis indutus,
Velut à carne ſolutus,
Vias trivit cælicas.

Poſt hæc animum convertit
In ſe, moxque dum advertit
Humanam originem:

In carne figmentum limi,
Credens & in mente primi
Factoris imaginem;

Hinc ſe ſursùm erigebat,
Indè deorſum tendebat
Actu cordis humili:

Et ex his agnovit clarè,
Quòd æquum eſt mentem dare
Carni leges fragili.

Mox ut ſibi per delictum
Primi parentis relictum
Culpæ novit fomitem:

Carni non parcens rebelli,
Quod indixit ei, belli
Nullum ſcivit limitem.

V.

A T quis narret, ô Paſchalis, Incarnato Verbo qualis Per amorem fueris?

Praxis Verbi divini Incarnationem.

Quàm pio mentis affectu
Pro noſtro Verbum deffectu
Incarnatum ſenſeris?

Tua ſpes in eo fuit,
Qui mundi pro culpa luit
Dira crucis funera:

Et per illius cruorem
Sumpſiſti vim & fervorem
Ad petenda ſydera.

Nec enim, cùm cogitaſti
Pro te mortuum, ceſſaſti
A piis laboribus:

Sed, ut meritorum Chriſti
Eſſes particeps, iunxiſti
Fidem cum operibus.

Præter illum nihil ſcire,
Nil amare, nil ambire
Te coëgit charitas:

Quià fides te docebat,
Quòd in eo reſidebat
Vita, Via, Veritas.

Pro tam excellenti dono
Deo Patri corde prono
Laudum ſolvens munera :

Colebas, quæ portaverunt
Viſcera, & quæ lactaverunt
Chriſtum Matris ubera.

V I.

Praxis circà gratiam, & iuſtificationem.

Cùm Dei ſervus audiſſet,
Quanti Chriſto conſtitiſſet
Rei ſalus hominis :

In iuſtificatione
Permanſit, quam lotione
Sacri cœpit fluminis.

Et in primâ ſanctitate
Perſeverans, fœditate
Nullâ lœſit gratiam :

Sed ſemper anteriora
Concernens, & meliora
Auxit innocentiam :

Nec Deo ſurdus vocanti,
Nec ad opus adiuvanti
Spiritui reſtitit :

Sed ſemper prõptus ad curſũ,
Semper expeditus, ſurſum
Corde fixus extitit.

Aut si quandò torpor menti
Irrepsisset commoventi
Pigram reddens gratiæ :

Lucri jacturam deflebat,
Et reatum abstergebat
Aqua pœnitentiæ.

Ac cùm per fidem teneret,
Quòd de se nihil valeret
Sine Deo facere :

Scholæ non scrutans arcanum,
Bono quovis Dei manum
Colebat in opere.

VII.

Praxis circà Actus humanos.

Hic suos actus humanos
Faciebat christianos
Fide mentem dirigens :

Et ad normam rationis
Divinæ per actionis
Iustos fines erigens.

In illo non libertatem,
Aut mentis serenitatem
Conturbabat passio :

Sed in ejus appetitus,
Et in sensuum pruritus
Imperabat ratio.

Voluntas, quamvis regina,
In eo tamen diuina
Subibat imperia:

Et vt cœca non currebat
Sine duce, ſed tenebat
Mentis magiſteria.

Illum non terruit metus,
Sed inter terrores lætus,
Fidem ore protulit.

Et vias tenens ſalutis
Magis certas, minùs tutis
Sapienter prætulit.

VIII.

Praxis circà leges, & peccata.

Illi certè, quia viro
Cordis æquitate miro,
Non erat lex poſita:

Namque ductu Charitatis
Via ſanctæ libertatis
Erat illi tradita.

Quas tamen iubet natura,
Quaſque poſitiva iura
Suo claudunt codice:

Demùm quaſcumque vincire
Novit, nullo præterire
Conatus eſt apice.

Cùm de Dei majeſtate,
Et humanâ vilitate
Sentiret fideliter:

Vt à morſu ſcorpionis,
A labe transgreſſionis
Abhorrebat firmiter.

Cùm audiſſet, quòd peccati
Vis læthalis ſanctitati
Repugnat, & gratiæ:

Vt ab occurſu ſerpentis,
Sic à culpæ tam fœtentis
Declinabat facie.

Et cùm ad mundum converſos
A Deo ſciret averſos,
Et ſubeſſe crimini:

Se ſe mundo crucifixit,
Et ſe per crucem affixit
Crucifixo Numini.

Nec culpas parvipendebat
Veniales, ſed timebat
Harum triſtem halitum:

Idcircò ſi non vitavit
Omnes, at ſemper pugnavit
In earum habitum.

IX.

Praxis circà virtutes.

VIRTVTES non definivit
Paschalis, sed ire scivit
Per earum tramites;

Nec præterivit excessu,
Nec prætermisit recessu
Firmos harum limites.

Hunc virum splendore raro,
Quem nequit videre caro,
Regebat Prudentia:

Per quam divinis humana
Supponens, manebat sanâ
Semper innocentiâ.

In casu patente mortis
Pro Deo, pro fide fortis
Non defecit animo;

Suos temperavit motus,
Curans esse Deo totus
Iustus, atque proximo.

Ad morum integritatem
Fidem, spem, & charitatem
Magistras adhibuit:

Et fide speque fundatis,
Sanctæ vitam charitatis,
Deo dante, tribuit.

X.

A T quæ circa Sacramenta
Exemplorum documenta
Paſchalis ediderit:

Praxis circà Sacramẽta.

Notis quiſque cernet claris,
Si circa cibum Altaris
Cor ejus adverterit.

Ad hujus cruorem vitis
Fuit velut cervi ſitis
Currentis ad flumina;

Hunc cibum eſuriebat,
Et corde toto quærebat
Tanti ſolis lumina.

Quin & per beatam ſortem
Iam habens plenum poſt mortem
Cordis deſiderium:

Salutavit, oculorum
Rimis apertis clauſorum,
Fidei myſterium.

B. Paſchalis, corpus iacens in feretro oculos aperuit ad elevationẽ Hoſtiæ & calicis.

X I.

L I C È T autem non terrore,
Sed ſerviret ex amore
Hæc fidelis anima:

Puta tamen, ne peccaret,
Quòd in mentem revocaret
Frequenter noviſſima.

Praxis circà quatuor noviſſima.

Nec circà finem quaternum
Paradiſum & infernum
Mortem & judicium,

Se gerens ſpeculativè
Intermittebat activæ
Praxis exercitium.

Carnem ergò morituram
Cùm ſciret, vitam futuram
Præſenti præpoſuit:

Et ſpiritus immortalis
A jacturis & à malis
Præſertim abſtinuit.

Cùm certâ fide teneret,
Quòd nil occultum lateret
Summi mentem Iudicis:

Clàm agens carebat dolis,
Sicut palàm; & vt ſolis
In conſpectu complicis.

Ad ſolam vocem inferni
Metus horrorem interni
Sic expreſſit opere:

Vt nil in præſenti durum
Putaret, modo futurum
Damnum poſſet fugere.

At è contra, quis narraret,
Quam ferventer æstuaret
Ad cæli memoriam?

Quàm ardenter esurivit,
Quàm fideliter quæsivit
Paradisi gloriam.

Dùm recordaretur tui,
O Syon, oblitus sui
Se rigabat fletibus:

Super aquas Babylonis
Lætæ verba cantionis
Miscebat gemitibus.

Indè lætus, quòd oblata,
Indè tristis, quòd dilata
Essent ipsi gaudia:

Quòd in cælis versans mente,
Adhuc in carne languente
Perferret exilia.

Idcircò sperans æternis
In paradiso quaternis
Induendas dotibus:

Hîc suis vix alimenta,
Vix somnum, & indumenta
Indulgebat carnibus.

XII.

Conclusio praxis Theologica.

Sic Paschalis, fide duce,
Agebat, ut vincens cruce
Sibi cœlum raperet;
Sic homo quisque fidelis
Eum imitans, vim cœlis
Inferret, si saperet.

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS MATERIARVM.

A

L

S

T

V

FINIS.